turis humanis assumptis: non tamen duo homines dici posset: ergo nec eēnt due humane nature: ꝛ sic idem quod prius. ¶ Preterea si filius dei duas humanas naturas assumpsisset: fm quarū vnam diceret petrus: ꝛ fm aliā iesus oporteret ꝙ de iesu ꝛ petro hoc verbū Sum es est singulariter predicaretur: quia vtrūq; esset vnū suppositū. sed de patre ꝛ filio predicaī pluraliter: vt patet Jo. x. Ego ꝛ pater vnū sumus. Ergo maior est vnitas aliqua cū vnitas trium personarum: quod est impossibile: ergo ꝛ positio predicta. ¶ Preterea negatur hec propositio Filius dei assumpsit hominē: ne videatur personam assumpsisse. sed sicut filiꝰ dei non assumpsit personam: ita filius dei non est due persone. ergo nullo modo potest dici ꝙ filiꝰ dei sit duo homines. hoc aūt sequitur si duas humanas naturas assumpsit: ergo est impossibile. ¶ Sed contra Quicquid potest pater potest filius. sed pater potest aliam humanā naturam assumere ab ea quā filius assumpsit: ergo ꝛ filius potest aliam assumere ab ea quā assumpsit: ergo vna persona potest plures assumere naturas. ¶ Preterea maiozis bonitatis ꝛ dignitatis ostensiua est vnio qua filius dei humanā naturā in vnitatē persone assumpsit cū illa qua mentem hominis per gratiam sibi vnit. sed hec secunda vnio que est per gratiam non est filij ad vnū tm: sed ad multos: quia sapientia in animas sanctas se transfert Sapiē. iiij. Cum ergo bonū sit diffusiuū ꝛ cōmunicatiuū: videtur ꝙ illa vnio que est in vnitate persone possit esse in persona filii ad multas humanas naturas. ¶ Preterea potentia filij per incarnationem in nullo minozata est. sed filius ante incarnationē poterat humanā naturā aliam ab ea quam assumpsit assumere: ergo ꝛ nūc potest. ꝛ sic idem quod prius. ¶ Rñdeo dicendū ꝙ hoc fere ab omnib⁹ concedit ꝙ vna persona diuina potest plures humanas naturas assumē ꝛ rationabiliter. Nō est enī contra rationē diuine persone ꝙ ipsa in plurib⁹ naturis subsistat: alꝰ non potuisset fieri vnio diuine ꝛ humane nature in vna persona filij. Si aūt esset contra rationē persone vt in pluribus cū in duab⁹ naturis subsisteret: hoc nō posset contingere nisi ita ꝙ tota facultas vnius persone que in plurib⁹ naturis subsisteret p naturā secundam adueniētē terminaretur: ꝛ quodāmodo impleret: quod est impossibile: quia natura assumpta adueniens nullo modo cōmensurabilis est virtuti diuine persone: cū distet ab ea sicut finitū ab infinito. Uñ sicut deus potest semper nouas creaturas condere quia eiꝰ potētia per creaturas nō exhauritur: ita etiam filius potest qualibet natura assumpta iterum aliam assumere: quia potestas assumendi per naturā assumptam non terminatur. ¶ Ad primū ergo dicendum ꝙ natura ab eodem habet vt indiuiduetur ꝛ diuidatur. vñ cū principiū indiuiduatiōis sit materia aliquo modo sub dimensionib⁹ terminatis considerata: ex eiusdem diuisione humana diuiditur ꝛ multiplicat. vñ si assumpsisset duo corpora ꝛ duas aīas duas humanas naturas assumpsisset: non tamen sequeretur ꝙ essent duo suppositā: vel due ypostases. non enī materia quolibet modo diuisa cōstituit diuersitatem suppositorū: sed solum quando vtrobiq; inuenitur esse discretū ꝛ subsistens per se. vnde non potest dici ꝙ due manus sunt due ypostases: sed conueniūt in eadem ypostasi hominis. ita etiam ꝛ due humane nature: quia nō haberent esse discretū: sed vnitū in vna persona filij dei nō esset naturarū illarum diuisio fm duo suppositā: sed solum per diuisionem materie. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ stante predicta positione: petrus ꝛ ioannes nō sunt duo suppositā: sed vnū ꝛ hec est vera petrus est ioannes. ꝛ tamen petrus ꝛ ioannes non sunt vnus homo: sed duo homines. singularitas enī ꝛ pluralitas termini substantiui attendit fm vnitatem vel pluralitatē nature signate per terminū: ꝛ non fm vnitatem vel pluralitatem suppositorū. quātus enī pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus sint tria suppositā: tamen propter vnitatē diuine nature quā significat hoc nomen deus dicuntur vnus deus: ita econtrario quātus ioannes ꝛ petrus essent vnum suppositum: tamen propter pluralitatem naturarum assumptarum dicerentur duo homines. sed diuersitas naturarum manente vnitate suppositi non impediret quin de inuicem predicarentur: quia idētitas suppositi sufficeret ad veritatem predicationis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ humana natura assumpta habet quantū ad aliquid rationem accidentis: quamuis simpliciter loquendo vnio non sit accidentalis: vt infra patebit. ꝛ ideo propter assumptionem illius nature dei filius non potest dici duo: sicut nec soztes potest dici duo propter humanitatem ꝛ albedinem. sed si filius dei assumeret duas humanas naturas quātus vtraq; illarum haberet rationem accidētis in comparatione ad naturam diuinam: tamen neutra haberet rationem accidentis in comparatione ad alteram. ꝛ ita plures homines: ꝛ nō vnus homo diceretur. sicut albus ꝛ musicus magis possunt dici duo cū homo ꝛ albus. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ sicut est in diuinis personis ꝙ propter vnitatem essentie ꝛ pluralitatez personarum quicquid ibi predicatur ad essentiam pertinens: predicatur singulariter vt cum dicitur Pater ꝛ filius sunt vnus deus. quod vō ad personam pertinet pluraliter predicaī: vt pater ꝛ filiꝰ sunt persone. ita econtrario esset hic: quia quicquid ad naturā pertinet predicaretur pluraliter: quod vō ad personam singulariter. ꝛ quamuis summa sit vnitas trium personarum propter essentie simplicitatem: non est tamē inconueniēs vt pater ꝛ filius ad inuicem non habeant aliquam vnitatē que in creatura aliqua inuenitur. ſ. personalem: cū sint vere particulariter distincti. Tamen sciendum ꝙ hoc verbum Sum es est non solum pluraliter predicatur propter pluralitatem suppositorum realiter distinctorum: sed etiam propter pluralitatem suppositorum locutionis. Dicimꝰ enī in diuinis ꝙ persona ꝛ essentia sunt sic vel sic: quātus persona ꝛ essentia ibi nullo modo realiter differant. multo ergo magis predicaretur hoc verbum Sum es est de iesu et petro pluraliter: cum differrent fm rem propter diuersitatem naturarum: quātus non sint diuersa suppositā. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ terminus in predicato positus tenetur formaliter: quod non est necessarium de termino ad quem terminatur actus alicuius verbi. ꝛ ideo cum dicitur Dei filius est duo homines: importatur pluralitas formarum seu naturarum. Cum autem dicitur Filius dei assumpsit hominem: ly hominē non tenetur formaliter. vnde magis stat pro supposito hominis cū pro natura suppositi: et ideo non est simile. ¶ Plenitudo temporis. Sciendum ꝙ tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis multis de causis. Primo propter perfectionem vniuersi: quia tunc ad maximam complexionem vniuersum venit quando omnes creature in homine ad suum principium redierunt humana natura a deo assumpta: Sicut ponit Ephe. i. In dispensatione plenitudinis. Secūdo propter abundantiam gratie que tunc propalata est Jo. primo. De plenitudine eius oēs accepimus. Tertio propter adimpletionē legis Mat. v. Non veni soluere legē sed adimplere. Quarto propter magnitudinem eiꝰ quod in illo tempore accidit: quia in illo tempore natus est dominꝰ temporis. ꝛ ita factum est aliquid maius tempore quod tempus impleuit. Quinto quia in tpe illo impletum est quod deꝰ ab eterno preuidit: ꝛ quod ante per suos prophetas predixerat. Romanorū primo. Factū est de muliere ¶ Contra. In simbolo dicitur Genitum non factum. ¶ Preterea mulier corruptionem importat. sed christus de incorruptissima virgine natus est: ergo inconuenienter dicitur factum de muliere. ¶ Sed dicendum ad primū ꝙ filius dei fm diuinam naturam nullo modo factus est sed genitus. sed fm humanam naturā aliquo modo factus est: quia humana natura quā assumpsit creatura quedā est: nō tū xps pōt dici ꝓprie factus simpliciter loquēdo: sed dicit filiꝰ dei factꝰ homo.

Ad secundū dicendum q̄ mulier ponit hic ad designationē sexus: ⁊ nō ad designandū corruptionē. sicut costa assumpta de adam dicit formata in mulierē: quāuis ea tūc virgo sit facta. Factū sub lege. Sz ista prima Thimo. j. Iusto lex nō est posita. Sed xp̄s fuit iustissimus: ergo nō est factus sub lege. Sed dicendū q̄ aliquid dicit esse sub lege tripliciter. Uel quantū ad motiuū: ⁊ hoc modo sunt sub lege quasi cōpressi ⁊ coacti illi qui timore pene quā lex infligit: precepta legis custodiūt. ⁊ hoc modo iustus non est sub lege: quia amore iustitie operat: etiā si nulla sit lex. vt dicit Ro. ij. Alio modo dicit quis sub lege esse quantū ad causam. ⁊ sic oēs in peccato nati sub lege sunt: quia propter peccatū tollēdū sacramēta legis instituta sunt. Alio modo dicit aliquis esse sub lege quantū ad obseruationē legis. ⁊ hoc modo christus factus est sub lege: quia sacramenta ⁊ precepta legis impleuit: nō necessitate sicut alij: sed sola voluntate: vt eos qui sub lege erāt redimeret. Cōtra. j. Thi. ij. Qui vult oēs homines saluos fieri. ⁊ ita nō solū ad redimendū iudeos qui erant sub lege: sed etiā ad redimendū alios venit. Sed dicendū q̄ quāuis venerit ad redemptionē totius humani generis: tn̄ quodam speciali modo operatus est ad redemptionē filiorū israel: quia eis personaliter predicauit. Unde Math. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierant domus israel. Et per eos verbū vite diffusum est inter gentes Isa. xxvij. q̄ egredient impetu a Jacob: ⁊ implebunt faciem orbis semine. Nec est mulier euāgelica de qua Lu. xv. Sciendū q̄ diuina sapientia mulier dicit: non propter fragilitatē: sed propter fecunditatē. Eccle. xxiiij. A generationib⁹ meis adimplemini. Nec eandem trinitatē in specie columbe: Sed ista in illa colūba nihil fuit quod nō toti trinitati esset cōmune: cū non sit assumpta in vnitatē alicuius persone. quia eam cōmuni operatione tota trinitas fecit. ⁊ in ea tota trinitas fuit sicut in ceteris creaturis per essentiam presentiā ⁊ potentiā. ⁊ ita videt q̄ ad totam trinitatē pertineat. Sed dicēdū q̄ illa columba potest cōsiderari dupliciter. Uel inquantū est res quedam siue fuerit animal: siue fuerit tn̄ similitudine animalis habēs. ⁊ sic ad totam trinitatē pertinet ut cōmunis effect⁹. Uel fm q̄ est signū: ⁊ hoc modo tn̄ ad spiritū sanctū pertinet: cui⁹ inuisibilis missio per aduentū columbe designatur. ⁊ de hac missione visibili ⁊ alijs dictū est in primo libro. di. xvi.

## Distinctio secunda.

Quare totā humanā naturā accepit: ⁊ quid nomine humanitatis uel humane nature intelligendum sit.

Et quia in hoīe tota humana natura vitio corrupta erat: totā assumpsit. i. animā ⁊ carnē vt totā curaret ⁊ sanctificaret. Nō autē humane nature siue humanitatis vocabulo anima ⁊ caro intelligi debeāt: aperte docet Hieronimus in expositione catholice fidei dicēs: Sic cōfitemur in christo vnā esse personā filij: vt dicam⁹ duas perfectas ⁊ integras esse substantias. i. diuinitatis ⁊ humanitatis: que ex anima cōtinet ⁊ corpore. Ecce aperte ostendit noie humanitatis animā ⁊ corpus intelligi: que duo assumpsisse dei fili⁹ intelligit: vbi hominē siue humanitatē siue humanā naturā accepisse legit. Errant ergo qui noie humanitatis nō substantiā sed proprietatē quandā a qua homo nominat significari ꝓtendunt vbicūq̄ humanitas christi memorat. Ait enī Joannes dāmasce. Sciendū quidē q̄ deitatis ⁊ humanitatis nomē substantiarū. s. naturarū est representatiuū. natura enī nō sic accipit in christo: vt cū dicit vna natura eē omniū hominū: Quod euidenter idem Joannes ostēdit differentē rationē dicti assignās Cū natura humana in christo nominat: ⁊ cū dicit vna natura omniū hominū. Ait enī Cū vnā naturam hominū dicim⁹: sciendū est q̄ nō consideran tes ad anime ⁊ corporis rationē hoc dicim⁹ vt dicamus in singulis hominib⁹ eandem esse naturā corporis ⁊ anime: quia alia est natura anime: alia corporis. Impossibile enī est vnius nature dicere dūi corpus ⁊ animā. sic ⁊ alioꝝ hominū compara ta ad inuicē. Sed quia persone plurime hominū sunt: oēs autē eandem suscipiunt rationē nature. Oēs enī ex anima ⁊ corpore compositi sunt: ⁊ oēs naturā anime participāt: ⁊ corporis substantiam possident: cōmunē speciem plurimarū differentiū personarū vnā naturā dicim⁹ vniuscuiusq̄ persone. s. duas naturas habentis: ⁊ in duab⁹ perfecte naturis existentis anime. s. ⁊ corporis. In dño aūt iesu christo nō est cōmunē speciē accipere: si quid pri⁹ fuit. Neq̄ enī factus est: nec est: nec aliqñ fiet alius. sed christus ex deitate ⁊ humanitate in deitate ⁊ humanitate deus perfect⁹ est idem ⁊ hō perfect⁹. Totā igit humanā naturā. i. carnē ⁊ animā ⁊ horū proprietates siue accidentia assumpsit de⁹: nō carnē sine anima: nec animā sine ratione: vt beretici voluerūt: sed ⁊ carnē ⁊ animā cū sensib⁹ suis Ñ Joannes Dama. ait: Omnia q̄ in natura plātauit dei verbū assumpsit. s. corpus ⁊ animā intellectualem: ⁊ horum idiomata. Totū enī totus assumpsit me: vt toti mihi gratificet salutez. Quod enī inassumptibile est incurabile est.

De vnione verbi ⁊ carnis mediante anima.

Assumpsit igit dei fili⁹ carnē ⁊ aiaz: sz carnē mediāte aia. Ñ Jo. Dama. Unitū est carni p̄ mediū intellectū dei verbū. Tante enī subtilitatis atq̄ simplicitatis est diuina eēntia: vt corpori de limo terre formato vniri non congruerit nisi mediante rationali essentia. Illa aūt vnio inexplicabilis est adeo vt etiam Jo. ab vtero sanctificatus. i. ab originali mūdatus: se nō esse dignū fateat soluere corrigiam calciamēti iesu: quia vnionis illi⁹ modum inuestigare alijsq̄ explicare non erat sufficiens. Nō igit audiendi sunt q̄ non verū hominē filiū dei suscepisse dicūt: nec natū de femina: sed falsam carnē ⁊ imaginē corporis simulatā ostēdisse videntib⁹: in quē errorē prorumpūt: quia timent quod fieri nō potest. s. ne humana carne ⁊ veritas ⁊ substātia dei inquinet. ⁊ tn̄ predicāt istū visibilem solem radios suos p̄ oēs feces spergere: ⁊ eos mundos ⁊ sinceros seruare. Si ergo visibilia munda a visibilib⁹ imūdis ꝓtingi possunt: ⁊ nō coinquinari quanto magis incōmutabilis et inuisibilis veritas per spiritū. i. per intellectū animā: ⁊ per animā corp⁹ suscipiēs totū hominē sine sui cōtaminatione assumpsit: ⁊ ab omnib⁹ infirmitatibus liberauit. Ecce hic dicit dei sapientiā p̄ spiritū assumpsisse animā: ⁊ per animā corpus. Spiritus enī. s. pars anime superior maiori similitudine deo propinquat q̄z anima. s. ipsa eadē fm infe-

riorem partē: ⁊ anima magis q̄z corpus. ⁊ ideo nō incōgrue anima dicitur assumpta per spiritum: ⁊ corpus per animam.

¶ Qō verbū simul assumpsit carnem ⁊ animā: nec caro prius est concepta q̄z assumpta.

Sed aūt queritᵉ vtrū verbū carnē ⁊ animā assumpsit: an priᵘˢ animā q̄z carnē: vel carnē q̄z animā. ⁊ vtrū caro illa priᵘˢ fuerit in vtero virginis cōcepta ⁊ postea assumpta: verissime ⁊ absq̄z vlla ambiguitate dicitᵉ: qz ex quo hoiez deᵘˢ assumpsit totū assumpsit: simulq̄z sibi vniuit animaz ⁊ carnē: nec caro prius fuit cōcepta ⁊ postmodū assumpta: sed in ꝯceptiōe assumpta: ⁊ in assumptiōe concepta. Vñ Aug. in li. de fide ad petrū: Firmissime tene ⁊ nullatenᵘˢ dubites: nō carnē xpi sine diuinitate cōceptā in vtero virginis priusq̄z susciperet a verbo: sed ipm verbū dñi sue carnis acceptiōe ꝯceptū: ipsamq̄z carnē verbi incarnatiōe ꝯceptā. Idē in li. de tri. ait: Nō eēt dei hominūq̄z mediatoz nisi eēt idē deᵘˢ idē hō in vtroq̄z vnᵘˢ ⁊ verᵘˢ: quā seruilē formā a solo filio susceptā tota trinitas cuiᵘˢ vna est volūtas ⁊ operatio fecit. Nō aūt in vtero virginis priᵘˢ caro est suscepta: ⁊ postmodū diuinitas venit in carnē: sz mox vt venit verbū in vterū seruata veritate proprie nature factū est caro ⁊ pfectᵘˢ hō: ⁊ in veritate carnis ⁊ aīe natus est. De hoc etiā Grego. in moralibᵘˢ ait Angelo nūciante ⁊ spū adueniente mox verbū in vtero: mox intra vterū verbū caro.

¶ Postq̄z determinauit de incarnatione ex parte assumētis. In ista parte determinat ex pte nature assumpte. Et dividitᵉ in tres ptes. In prima ostendit q̄d sit assumptū. In secūda q̄le fuerit illud assumptū. dis. iij. q̄rit etiā de carne. In tertia ostēdit quo agente id quod assumptū est formatū sit. di. iiij. Cū vo incarnatio vbi. Prima dividitᵉ in duas partes. In prima ostendit q̄d sit assumptū: qz humana natura integra ex partibus suis. s. corpore ⁊ aīa ostans. In secūda determinat ordinē assumptiōis ibi Assumpsit dei filiᵘˢ car. Prima dividitᵉ in duas partes. In prima ostēddit naturā humanā integrā assumptā eē rōne suarū partiū. In secūda rōne naturaliū ꝓprietatū ibi Totā igit hois naturā. Circa primū tria facit. Primo ostēdit oēs partes humane nature assumptas eē p hoc q̄ humana natura assumpta est. Secūdo ostēdit q̄ p humanā naturā significent oēs partes eius. s. aīa ⁊ corpus ibi Nō aūt humane nature. Tertio excludit quozundā errozē ibi Erant igitᵉ q̄ noīe humanitatis. ¶ Assumpsit dei filiᵘˢ car. Vic ostēdit quo partes humane nature assumpte sunt. ⁊ dividitᵉ in duas partes. In prima inquirit ordinē nature. In secunda inq̄rit ordinē tpis ibi Si aūt queritᵉ vtrū verbū. Circa primū tria facit. Primo ostendit ordinē nature ostendens carnē esse assumptā mediāte aīa. Secūdo ostendit modū illiᵘˢ vnionis eē inexplicabilem ibi Illa aūt vnio inexplicabilᵉ. Tertio excludit quozūdā errozē ibi Non sunt ergo. Dic est duplex questio. Prima de ipso assumpto. Secūda de ordine assumptiōis. Tertio q̄d in humana natura assumi debuit. ¶ Questio secunda.

Circa primū queruntᵉ tria. Primo vtrū natura humana pre alijs sit assumptibilᵉ. Secūdo in quo assumi debuit. ¶ Ad primū sic pceditᵉ. videtᵉ q̄ humana nattura non sit magis assumptibilᵉ q̄z creatura irrōnabilᵉ. Sicut enī dicit Aug. ad Volusianū: In rebᵘˢ mirabilibᵘˢ tota ratio facti est potētia faciētis. sed omniū mirabiliū mirabilᵘˢ est creaturā assumi in vnitatē pſone increate: ergo tota assumptibilitatis ratio est ex potentia eiᵘˢ q̄ assumptionē fecit. sed cū illa potentia sit infinita: ex parte ipsiᵘˢ eq̄liter est humanā naturā vel etiā irrōnalē naturā assumere: ergo nō magis dicēda est humana natura assumptibilᵉ q̄z natura irrōnalis. ¶ Ꝑ sicut in humana natura est filitudo dei rōne imaginis: ita in creatura irrōnali est filitudo dei rōne vestigij. sed filitudo ⁊ dueniētia aliquoz ad inuicē est cā vnibilitatis ipsoz. ergo sicut humana natura vnibilᵉ est deo: ita ⁊ creatura irrōnalᵉ. ¶ Ꝑ illud videtur eē simillimū alteri: in quo maxime ꝓprietates alteriᵘˢ repsentantᵉ. Sed sicut dicit Dio. xv. ca. ce. ierar. in igne inter oīa corporalia magis diuine ꝓprietates repzesentantᵉ. ⁊ idem dicit de radio solari in iiij. ca. de di. no. ergo iste creature videntᵉ deo simillime: ⁊ ita etiā ei magis vnibiles q̄z humana natura. Sed contra. Nobiliozis doni nobilioz creatura ē capax: ergo ad istud donū qō est nobilissimū inter dona nobiliozis nature inferioz natura capacitatē non habet: sed humana natura est nobilioz creatura irrōnali. Cū ergo inter oīa q̄ humane nature sunt collata: assumptio ipsiᵘˢ in vnitatē diuine persone sit nobilissimū: videtᵉ q̄ huiᵘˢ creatura irrōnalᵉ capax nō sit: ⁊ ita nō erit assumptibilᵉ. ¶ Ulteriᵘˢ videtᵉ q̄ angelica natura non sit miᵘˢ assumptibilᵉ q̄z natura humana. Deus enī ꝓpter suā misericordiā humanā naturā assumpsit vt humane miserie subueniret. sz sicut est miseria in humana natura: ita etiā in angelica. cū ergo summa misericordia sit oī miserie subuenire: videtᵉ q̄ angelica sit natura assumptibilᵉ sicut ⁊ humana. ¶ Ꝑ ea q̄ magis sunt filia facili ꝯ vniuntᵉ. sed angelica est diuine similioz q̄z humana. qz vt dicit Dze. q̄nto in angelo natura est subtilioz: eo magis imago dei in illo insinuatᵉ exꝑssa: ergo angelica natura est magis assumptibilᵉ q̄z humana. ¶ Sed otra. Assumptio humane nature ideo facta est vt pctō hois remediū ꝓberet. sed pctūm angeli est irremediabile: vt supza dictū est: ergo angelica natura nō est assumptibilᵉ. ¶ Ulteriᵘˢ videtᵉ q̄ totū vniuersum sit magis assumptibile q̄z humana natura. effectus enī vniuersalᵉ maxime cause vniuersali assimilatᵉ. sed vniuersum est effectᵘˢ vniuersalᵉ dei q̄ vniuersalᵉ cā est: ergo vniuersum deo magis assimilatᵉ q̄z humana natura q̄ est q̄dā particularis effectus: ⁊ ita est magis assumptibilᵉ. ¶ Ꝑ assumptionē cōsummatio totiᵘˢ vniuersi est pfecta: Sed magis esset vniuersum pfectū si oēs partes eiᵘˢ essent assumpte: ergo vniuersum est magis assumptibile. Sed cōtra. Ex hoc est aliq̄d assumptibile deo q̄ ad imaginē dei est. sz nō pōt dici q̄ totū vniuersum sit ad imaginē nisi forte ponereᵗ vniuersum aīatū aīa rōnali: sicut platonici posuerūt: quod a fide alienū est: ergo vniuersum nō est assumptibile. ¶ Rᵒ dicēdū q̄ assumptibile dicitᵉ quod pōt assumi. cū autē dicitᵉ creatura pōt assumi nō signatᵉ aliq̄ potētia actiua creature: qz sola potētia infinita hoc facere potuit vt in infinitū distantia diungerentᵉ in vnitatē pſone. Silr nō signatᵉ etiā potentia passiua naturalis creature: qz nulla potentia passiua naturalᵉ est in natura cui nō respondet potētia actiua alicuiᵘˢ naturalis agētis: Uñ relinquitᵉ q̄ dicat in creatura solam potentiā obedientie: ſm quā de creatura pōt fieri quicq̄d deᵘˢ vultᵉ: sicut de ligno pōt fieri vitulus deo operāte: Dec aūt potētia obediē tie corespōdet diuine potētie ſm q̄ dicitur q̄ ex creatura pōt fieri quod ex ea deᵘˢ facere pōt. Sed potētia dei dupliciter ꝯsideratᵉ: vel vt absoluta: vel vt ordinata: Quod qualitᵉ intelligendū sit ex dictis. i. di. pz. Loquēdo aūt de potentia dei absoluta deᵘˢ pōt assumere quācunq̄z creaturā vult: Uñ ſm hoc nō est vna creatura magis assumptibilis q̄z altera. Loquēdo aūt de potentia ordinata illam creaturā assumere pōt quā cōgruit eū assumere ex ordine sue sapiētie. Uñ illa creatura dicitᵉ assumptibilᵉ in q̄ huiusmodi cōgruitas inuenitᵉ. Inuenitᵉ aūt in humana natura cōgruitas pre alijs q̄ntū ad tria q̄ in assumptione requirunt. Primo q̄ntū ad filitudinē vnibiliū. in humana enī nattura inuenitᵉ exꝑssior filitudo diuina q̄z in aliq̄ creatura irrōnali: qz hō ſm q̄ habet mentē ad imaginē dei factus dicitᵉ: cū in creaturis irra-

tionabilib⁹ nō nisi filitudo vestigij inueniaē. ⁊ etiam q̄ntū ad quedā in ea est diuina filitudo magis q̄ in angelica natura: vt post dicet. Secūdo q̄ntū ad terminū assumptionis. terminat enī assumptio ad vnitatē persone: psonalitas aūt nō inuenit in irrōnabilib⁹ naturis: cū psona sit rōnal natura indiuidua substantia: vt Boe. dicit. In angel vō est q̄dē psona: sz nō fm oziginē distincta: cū vn⁹ angelus ab alio nō trahat oziginē. in humana vō natura ē psona distincta etiā fm oziginē. ⁊ ideo ꝺueniētissime humana natura in vnitatē diuine persone assumit: q̄ distinguunt fm relationē oziginis. Tertio q̄ntū ad finē assumptiōis. Si enī pfectio vniuersi dicaē assumptionis finis p̄cipu⁹ vt quidā dicūt: nulla natura particularis assumi potuisset p quā ita vniuersum perfici posset: sicut p assumptionē humane nature: tū qz hō est vltima creaturarū q̄si vltimo creatus: cui⁹ natura assumpta vltimū est ꝺiūctū primo principio p modū circuli q̄ est figura pfecta ex eo q⁹ additamentū nō recipit. tū etiā qz in hoīe quodāmodo oēs nature ꝺfluūt: qz cū oibus creaturis aliq̄d cōmune habet: vt dicit Grego. vñ hoīe vnito quodāmodo oīs creatura vnita est. Si vō finis assumptionis ponaē liberatio a pctō: sic etiā sola humana natura cōgrue assumi potuit: qz in irrōnali creatura pctm̄ nō erat. in angelica vō erat q̄dē pctm̄ sz irremediabile: vt pz ex dictis in .j. dis. in hoīe vō erat remediabile: ⁊ ideo solā humanā naturā cōgruū fuit assumē. ⁊ sic ea reparata creatura irrōnal q̄ ꝑpter ip̄s⁹ pctm̄ quodāmodo deteriozata dicit fm q⁹ in vsuz hominis cedit: restaurata est. ¶ Ad primā ergo questionē dicendū q⁹ de⁹ de potētia absoluta creaturā irrōnalē assumē potuit. nec impedit q⁹ creatura irrōnalis psonalitatē nō habet: qz psonalitas nō debeē etiā humane nature assumpte rōne sui: vt infra patebit: sz rōne assumētis. vñ nō est ibi nisi psonalitas increata. ⁊ p̄terea quāuis in natura irrōnali nō inueniaē psona: inueniē tm̄ in ea ypostasis ⁊ suppositū. vnio aūt nō tm̄ facta est in psona: sz etiā in ypostasi ⁊ suppposito. sz ogruū nō erat vt assumereē: ⁊ p̄cip⁹ qz natura assumpta maxime beatificaē: vt in Psal. dicit: Beat⁹ quē elegisti et assumpsisti. Btitudinis vō q̄ in actu mētis ꝺsistit creatura irrōnal particeps eē nō pōt. ¶ Uñ pz rñsio ad p̄mā obiectionē q̄ ꝓcedit de potētia absoluta: ⁊ nō de potētia ordinata. ¶ Ad secundū dicendū q⁹ ad cōgruitatē assumptibilitatis req̄rit filitudo imaginis: qz p hanc creatura rōnal pticeps est diuine btitudinis. vñ ad hanc cōgruitatē nō sufficit filitudo vestigij q̄lis in creaturis irrōnabilib⁹ inuenit. ¶ Ad tertiū dicendū q⁹ duplex ē filitudo creature ad deū. vna fm participationē alicui⁹ diuine bonitatis: sicut ab eo viuēte oīa vitā participāt. ⁊ sic creatura rōnal in q̄ inuenit eē viuē ⁊ intelligē: maxime deo assiliaē. ⁊ hec filitudo requirit ad assumptibilitatē. Alia filitudo est fm p̄portionē: vt si dicaē filitudo inter deū ⁊ ignē: qz sicut ignis ꝺsumit corpus: ita de⁹ ꝺsumit nequitiā. ⁊ hec filitudo requirit in figuratiuis locutionib⁹ ⁊ appropriationib⁹: quā Dio. in. ij. ca. ce. ierar. vocat dissimilē filitudinē. ⁊ de hac filitudine ꝓcedit obiectio. ¶ Ad secundā questionē dicendū est q⁹ de absoluta potētia loquēdo de⁹ potuit angelicā naturā assumere. sz natura angelica nō habebat aliquā ogruētiā vt assumereē ꝑcipue ꝓpter duo. Primo qz ei⁹ pctm̄ nō erat remediabile. Secūdo qz nō decet vt aliquā pfectionē creature de⁹ assumēdo auferat. psonalitas aūt quedā pfectio creature est: sz si natura assumpta personalitatē ꝓpriā haberet post assumptionē nō posset esse vnio in psona: qz eēnt due psone. vñ oportet q⁹ id quod assumptū est psonalitatē nō habeat: natū tm̄ habere. In angelica aūt natura nō inuenit potētia ad psonalitatē sine actu: cū nō p generationē ꝓcedāt in eē. ⁊ ideo nō fuit cōgruū vt angelica natura assumereē. ¶ Ad primū ergo cū opponit q⁹ angelica natura est deo similior q̄ humana dicendū: q⁹ verū est si natura diuina in se absolute ꝺsidereē. si aūt cōsidereē fm q⁹ est in psonis p relationes oziginis distinctis: sic magis conuenit cū hoīe: vt dictū est. Sil̄r etiā si ꝺsidereē fm q⁹ est exēplar totiꝰ creature. in hoīe enī inuenit filitudo cum q̄libet creatura vt dictū est: nō aūt in angelo. Sil̄r etiā si ꝺsidereē inquantū gubernat vniuersum. sicut enī deus tot⁹ est in q̄libet parte vniuersi p eēntiā p̄sentiaz ⁊ potentiā: sic ⁊ aīa in q̄libet parte corporis. ¶ Ad secundū dicendū q⁹ causa miserie angelor. i. pctm̄ remediū nō habet: ⁊ iō nec eoz miserie cōgrue subuenīri pōt. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q⁹ alicui toti pōt ꝺuenire aliquid dupl̄r. Ul̄ rōne partis: sicut hō dicit can⁹ ꝓpter capillos. Ul̄ rōne sui: q⁹. ſ. ipsi toti primo cōuenit. ⁊ hoc est vt in. vj phifico. ꝓbaē quod ꝺuenit toti ⁊ oīb⁹ ei⁹ partib⁹. Uniuersum ergo pōt assumi dupliciter: Ul̄ rōne part]: ⁊ sic assumptibile fuit ⁊ assumptū est humana natura assumpta. Ul̄ rōne sui: ⁊ sic assumi nō potuit: qz nō oēs partes ei⁹ assumptibiles erāt: vt ex dictis pz. ¶ Ad primū ergo circa hoc obiectū dicendū q⁹ quāuis de⁹ sit causa vniuersal: est tm̄ maxime simplex. ⁊ ideo cū eo magis ꝺuenit vniuersal effect⁹ vnitus. ſ. humana natura in q̄ oēs nature ꝺgregant quodāmodo q̄z effect⁹ vniuersal nō simpliciter vnit⁹. sicut est vniuersum: ex cui⁹ partib⁹ nō efficit vnū simpliciter: cū remaneāt distincte in actu. ¶ Ad secundū dicēdū q⁹ nō decet in oīb⁹ partib⁹ vniuersi eandē pfectionē eē. ⁊ iō magis ogruū fuit vt vna parte vniuersi assumpta in totū vniuersuz perfectio redundaret.

Ad secundū sic ꝓcedit. videt q⁹ fili⁹ dei humanā naturā assumere debuit in oīb⁹ suppositis humane nature: qz vt Dama. dicit quod est inassumptibile est incurabile. sed humana natura curabil est in oīb⁹ suis suppositis: ergo in oibus assumi debuit. ¶ P bonū est diffusiuū ⁊ cōicatiuū sui: vt ex Dio. patet. iiij. ca. de di. no. Cū ergo de⁹ sit summe bon⁹: ⁊ maxime in incarnatione suā bonitatē ostēderit: videt q⁹ naturā q̄ assumptibil erat cōiter in oībus suis suppositis assumere debuerit. ¶ P ꝛpus venit ad satisfaciēdū ꝓcipue ꝓ pctō nature qō p vnū hominē in mūdū intrauit. sz id quod nature fm se debeē debeē cōiter ⁊ eq̄liter in oīb⁹ suis suppositis. ergo fili⁹ dei naturā humanā in oīb⁹ suis suppositis assumere debuit. ¶ Sz ꝛra. Filius dei ad hoc carnem assumpsit vt ꝓ nobis satisfaciēdo ꝓncipiū humane salutis eēt. cū ergo ꝓncipiū in quolibet genere vnū inueniatur: videt q⁹ in vno tm̄ suppositō humanā naturā assumere debuit. ¶ Ulteri⁹ videt q⁹ nō debuerit assumere naturā humanā in aliquo ex stirpe ade generato. ficut enī dicit Aplus ad hebr. vij. talis decebat vt nobis eēt pontifex q̄ eēt segregat⁹ a pctōrib⁹: sz magis eēt segregatus a pctōrib⁹ si de stirpe pctōr carnē nō assumpsisset: ergo nō debuit carnē assumere de stirpe ade. ¶ P pctm̄ oziginale est pctm̄ nature: ⁊ nō psone nisi p accidēs. nō ergo req̄rit ad satisfactionē nisi q⁹ aliqs sit de humana natura. sed si aliquis hō fieret nō de stirpe ade: ꝺstat q⁹ ad humanā naturā ptineret: ergo ogruē ꝓ natura humana satisfacere posset. ¶ Sed ꝛra. Medicina in loco vulneris debet apponi. sz humana natura est vitiata tm̄ in his q̄ ex genere ade descendunt: in quo oēs moriunt. ſ. Cozinth. xv. ergo in aliquo ad ei⁹ stirpē ptinēte natura humana assumi debuit. ¶ Ulterius videt q⁹ naturā humanā assumere debuit in ipso adā Assumptio enī carnis ad satisfactionē ozdinat: sed decet vt idē q̄ peccauit satisfaciat: ergo naturā humanā in ipso adā assumere debuit. ¶ P talis debuit eē humane nature reparatio vt nihil boī de sua dignitate periret. sz adam in primo statu hoc habuit vt nullius hoīs auxilio ad suā salutē indigeret. hoc aūt nō sibi restituit in alio hoīe humana natura assumpta: qz bñficio illius hoīs indiget ad suā salutē. ergo non decuit humana natura in alio q̄ in ipso adam assumi. ¶ Sed ꝛra. ꝛrarioz nō est eadē causa. sed adā causa fuit perditionis humane nature: ergo nō decuit vt ipse eēt causa salutis humane. hoc autē ꝛtingeret si humana natura in ipso adam assumpta eēt: ergo hoc decens nō fuit. ¶ R⁹ ad primā questionē dicendū q⁹ nō fuit decens q⁹ humanā na-

turam in omnib⁹ suis suppositis assumeret. z hoc propter quattuor rationes. Primo quia oia supposita humane nature non reducerent ad plus q̄ ad tria supposita. Cū enī assumēs z assumptū vniant in eodem supposito: nō possent esse plura supposita nature assumpte q̄ nature assumētis. Secūdo propter finē assumptionis. est enī ad reparationē humani generis ordinata p modū cuiusdā mediatiōis inter deum z hominē. mediator autē qui vnitatē pacis facere intendit vnus cōgrue debet esse. Tertio ꝓpter vnitatē ipsi⁹ assumentis. sicut enī decuit vt diuina natura tñ in vno supposito incarnaret: ita decuit vt vna natura indiuidua assumeret: sic enī vni⁹ ad vnū decenter facta est diunctio. Quarto propter dignitatē ipsi⁹ filij incarnati: vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹ Hebre. ij. in spirituali generatione. Sicut enī primogenit⁹ creature in rerū emanatiōe ab vno principio: hec aūt primogenitura sibi nō competeret si plures numero humane nature assumpte essent. Ad primū ergo dicendū q̄ p incarnationē propie assumit natura: vt infra patebit. propie etiā z primo curat peccatū nature. vñ si aliq̄ natura assumptibil' non est curabil' non est: nō tamē oportet vt si hec natura indiuidua nō assumit q̄ suppositū huj⁹ nature nō creetur: qz p hoc q̄ natura in aliquo individuo assumpta est preparat creatio omnib⁹ qui similem naturā habent. sicut econtra p hoc q̄ vna persona infecit naturam humanā que in ipso erat: in oēs homines peccatū trāsmisit. Ad secūdū dicendū q̄ sicut bonitas diuina que in creatione rerū se manifestat: omnib⁹ se cōmunicat: non tamen equaliter: ita etiā ꝑut se incarnatione manifestat preciue quantū ad dilectionē humani generis omnib⁹ se communicat: nō tamē eodem modo z equaliter: sed vni p gratiam vnionis: alijs per gratiā adoptionis: qui gratie nō repugnant. Ad tertiū dicendū q̄ aliq̄d debet humane nature dupliciter. Uel vt sibi essentiale: z hoc inuenit cōmuniter in omnib⁹ hominib⁹ naturā habentib⁹ humanā. Uel etiam superadditū essentialib⁹ principijs: siue sit p gratiam acceptū: siue operibus acquisitū: z hoc nō inuenit cōmuniter in omnib⁹ naturā habētib⁹: vñ ratio nō procedit. Quartū concedim⁹. Ad secundam questionē dicendū q̄ non fuit decens vt aliū de q̄ de stirpe ade filius dei humanā naturā assumeret precipue propter tria. Primo ad seruandū iusticiam satisfactionis. Si enī de genere ade nō fuisset ad eum non pertineret pro peccato ade satisfacere. Secūdo ad perfectā reintegrationē dignitatis ade qui hoc habuit vt ipse z suū genus nulla alia creatura indigeret quasi sustentante z saluāte. z hoc genere eius redditū nō fuisset si redēptus fuisset per aliquem qui ad genus eius nō pertineret. Tertio ad seruandū dignitatē specialiter ipsius ade qui in hoc quodāmodo imaginē dei singulariter habuit. vt sicut deus cū sit ens primū omniū entiū principiū est per creationem: ita etiā adam cū sit prim⁹ homo est principiū omniū hominū per generationē: quod sibi deperiret si xp̄s non de ei⁹ genere homo fieret. Ad primū ergo quod obijcitur q̄ debet esse segregatus a peccatorib⁹ dicendū q̄ verum est inquantū peccatores sunt: non inquantū homines sunt. venit enī peccatū destruere: z naturā saluare. vnde conueniētiam habuit in his que ad naturā pertinēt: sed contrarietatem in his que ad peccatū spectant: quia neq̄ attraxit neq̄ cōmisit peccatū. Ad secundū dicendū q̄ natura humana non fuit infecta originali peccato nisi ꝑm q̄ ab adam trahitur. vñ si deus vnū hominē de limo terre formaret: peccatū originale in eo nō esset. z ideo satisfactio de originali non pertinebat indifferenter ad quemlibet hominē: sed ad quē libet de genere ade. Tertiū concedimus. Ad tertiam questionē dicendū q̄ nullo modo fuit decens vt filius dei in ipso adam humanā naturā assumeret propter duo. Primo quia adam propria personalitate perfectus fuit. vñ in vnitatē persone assumi non posset nisi illa personalitas destrueretur: quod non decebat vt supra de angelis dictū est.

Secūdo quia cū p assumptionē fiat cōmunicatio proprietatū vt quicq̄d de hoīe dicit de deo dicat: sequeret vt dicerētur q̄ deus peccasset quia adam peccauit: quod est absurdum. Ad primū ergo dicendū q̄ per peccatū ade fuit infectio personalis in ipso: z infectio nature create in ipso: et propagande ab ipso: z pro infectione personali ipse gratia adiutus satisfacere potuit ꝑm quosdam. sed requirebat' aliquis q̄ pro peccato nature satisfaceret. z ideo non oportuit q̄ eēt idem in persona cū adam: sed idem in natura. Ad secundū dicendū q̄ nō est inconueniēs q̄ de dignitate illi⁹ persone aliquid pereat ex culpa sua. sed inconueniēs est vt aliquid nature deperiret: que cū bona esset homo male vtēdo ipsum corrupit. Tertiū concedim⁹.

Ad tertiū sic proceditur. videtur q̄ filius dei carnē non assumpserit Gala. v. Caro concupiscit aduersus spiritū. sed in christo talis pugna nō fuit: ergo ipse veram carnem nō habuit. Ꝑ in carne tūn est similitudo vestigij: sed similitudo vestigij tūn non sufficit ad assumptibilitatē: vt supra dictū est: ergo caro assumptibilis non fuit. Ꝑ maior est gratia vnionis q̄ gratia fruitiōis. sed caro nullo modo potest coniūgi deo per fruitionē: ergo nō potest coniungi per vnionē. Sed contra ad hebre. j. Semen abrahe apprehēdit. z Ro. j. Factus est ei ex semine dauid ꝑm carnē. sed semen nō pertinet ad adam sed ad carnē: ergo filius dei in humana natura nō solum animā: sed etiā carnem assumpsit. Ꝑ homo nō nascitur ex homine nisi per traductionē carnis. sed christus non solum dicitur hō: īmo etiam fili⁹ hominis: nō nisi quia de virgine natus est: ergo assumpsit carnem in humana natura. ¶ Ulterius videtur q̄ carnem assumpsit: z non animā Jo. j. Uerbū caro factū est. non autē per conuersionē in carnē: sed per assumptionē carnis: ergo solam carnē assumpsisse videtur. Ꝑ corpus nō indiget vt vniatur sibi anima: nisi ad hoc vt per ipsam viuificetur. sed ad hoc q̄ corpus viuificet' sufficit q̄ corpori viuificabili principiū vite vniatur. cum ergo deus qui est principiū vite corpus sibi vniuerit: videtur q̄ vnio corporis ad animā superflua fuisset. Ꝑ habito aliquo quod est sufficiens operationis principiū non requirit' ad eandem operationem aliud principiū. sicut ad illuminationem aeris qui illuminatur lumine solis non requiritur lumen candele. sed christus per intellectū diuinū sibi vnitum sufficienter omnia cognoscere poterat: ergo non requirebatur anima cognoscitiua z intellectiua ad vnionem illam.

Sed contra. Christus curauit naturam nostrā per hoc q̄ eā assumpsit: sed principaliter venit ad curandū animas ergo animā assumpsit. Preterea mors corporalis nō est nisi per separationē corporis a ꝑncipio vite. si ergo in christo non fuisset aliud principiū vite q̄ ipsa deitas: cum caro a diuinitate nunq̄ fuit separata: nunq̄ christus fuisset mortuus: quod expresse contradicit scripture. Ꝑ sequeretur q̄ deus esset īmediatus motor corporis christi si anima cessasset: z sic nunq̄ christus fuisset fatigatus ex itinere: vt dicitur Jo. iiij. cum fatigatio nō accidat nisi ex debilitate virtutis mouentis. ¶ Ulterius videtur q̄ non assumpserit formā totius ex compositione partiū resultantē. forma enī totius est illa in qua sicut in natura cōmuni particularia cōueniūt. Sed Dama. dicit: z habetur in littera q̄ in dño nostro iesu christo non est cōmunē speciem accipere: ergo in eo forma totius nō fuit. Ꝑ vt dicit Boe. species est totū esse individuorū. sed nihil in christo fuit ex parte carnis et anime quod totū esse ipsi⁹ christi concluderet: quia habuit esse diuinū nō per animā neq̄ per corpus. ergo cum forma totius sit species in potentia: videtur q̄ in christo forma totius non fuerit. Ꝑ in littera dicit q̄ nomine humane nature corpus z anima intelligitur: cum dicitur christus humanā naturam assumpsisse. sed cōstat q̄ neq̄ corpus neq̄ anima est forma totius ad minus ꝑm opinionez cōmuniorem: ergo in christo forma totius non fuit. Sed contra.

forma totius in rebus animatis resultat ex vnione vel coniunctione anime ad corpus. sed in christo anima fuit coniuncta corpori: alias corpus illud viuum non fuisset: ergo in christo fuit forma totius. ¶ Ꝑ homines conueniunt specie ad inuicem ſm conuenientiam in forma totius. sed christus fuit eiusdem speciei cum alijs hominib⁹: alias pro hominib⁹ non satisfecisset: ergo in christo fuit forma totius. ¶ Ꝓ⁹ dicendum q ſm philosophum. viij. metha. diffinitio in hoc conuenit cum numero: q sicut in numeris contingit q semper subtracta vel addita vnitate fit alius numerus: ita etiam in diffinitionibus si addatur vel subtrahatur aliqua differentia: semper fit alia species. cum ergo omnes differentie sumantur ex essentialibus principijs: oportet q si homini subtrahatur aliquid de essentialibus eius non remaneat eadem species. cum ergo christus fuerit eiusdem speciei cum alijs hominib⁹: alias enim verus homo non fuisset: sed equiuoce homo diceretur nec pro omnibus satisfaceret congrueter: oportet q omnia essentialia homini in christo fuerint: et corpus et anima vegetabilis sensibilis et rationalis. et vlterius forma totius resultans ex coniunctione corporis et anime: que humanitas dicitur. et qz proprietates naturales ex principijs essentialibus causantur: oportet q in ipso fuerint omnes naturales proprietates speciem humanam consequentes. De alijs autem que per accidens humanam naturam consequuntur siue sint defectus siue perfectiones infra suo loco dicetur. ¶ Ad primam ergo questionem sciendum q circa hoc fuerunt duo errores. Unus fuit manicheorum qui dicebant q christus verum corpus non habuit: sed tm fantasticum. et ratio huius positionis videtur fuisse quia omnium visibilium auctorem posuerunt diabolum. et ideo nihil hui⁹ ſm veritatem in christo fuit: in quo princeps mundi huius nihil habuit Jo. xiij. Patet autem q positio ista est falsa. et quantum ad radicem positionis: quia deum creatorem omnium visibilium et inuisibiliuz et fides tenet et ratio demonstrat: cum a primo ente oporteat omnia entia esse: vt patet ex. ij. metha. et etiam in se positio falsa est: quia veritatem humanitatis tollit: vt ex dictis patet. esset enim inuenire aliquam falsitatem vel simulationem in eo qui de se dicit Ego sum via veritas et vita Jo. xiiij. Alius error fuit marcianor qui dicebant christum corpus de virgine non assumpsisse: sed de celo apportasse. quod forte ortum habuit ex opinione platonicorum: qui dicebant anime corpus terrestre omnino fugiendum esse vt beatitudinem consequatur. Non enim credebant posse fieri vt anima corpori terrestri vnita beata fieret: ponebant tamen animas corporibus celestibus vnitas: vt soli et stellis et lune beatas esse: vt Augusti. recitat in libro. x. de ciui. dei. et ideo animam christi que summe beata fuit non terrestri sed celesti corpori vnitam putauerunt. Sed hec etiam positio veritatem humanitatis tollit: quia quelibet forma naturalis determinatam materiam requirit. et ideo anima humana non ex qualibet materia quam perficit hominem facit: sed inquantum est forma talis corporis elementati. ſ. et debita proportione complexionati. vm si xps corp⁹ terrestre non habuit verus homo non fuit. his autem idem defectus contingit qui et antiquis philosophis: vt in primo de anima dicit de anima dicentes nihil de corpore dixerunt: opinantes quilibet animam cuilibet corpori adaptari: quod esse non potest cum propria forme respondeat propria materia: et vnicuiq agenti determinata instrumenta. et ideo fides catholica que christum verum hominem confitetur eum habuisse corpus ex quattuor elementis compositum sicut nos habemus firmiter tenet. ¶ Ad primum ergo dicendum q concupiscentia carnis contra spiritum non causatur ex ipsa carnis natura: sed ex viciosa corruptione eius que ex peccato primi parentis prouenit: sine qua filius dei veram carnis naturam assumpsit. ¶ Ad secundum dicendum q similitudo attenditur ſm formam corporis autem humani forma est aia rōnalis in qua imago dei consistit. et ideo in corpore humano non tm est similitudo vestigij: sed etiaz similitudo imaginis inquantum anima habet. Non enim corpus humanum habet esse quoddam distinctum ab esse quod dat sibi anima quasi ab alia forma per quam fit in eo similitudo vestigij tm: sicut est in corporib⁹ inanimatis: quia sic anima esset ens in subiecto ſm q subiectum nominat ens subsistens in actu: quod ad rationem accidentis pertinet: vt in secundo de anima dicit cōmentator. ¶ Ad tertium dicendum q coniūctio anime ad deum per fruitionem consistit in operatione intellectus et voluntatis: in qua corpus nullo modo cōmunicat: quia exercet talis operatio sine organo corporali: vt probatur in. iij. de anima. et ideo per fruitionem nullo modo corpus deo vniri potest. sed coniūctio vnionis est ad esse in persona vna. corpus autem et anima in vno esse cōmunicant: quia anima est quod quid erat esse huiusmodi corpori vt in. ij. de anima dicit. et ideo per modum vnionis in persona vna corpus deo coniungi potest. ¶ Quartum et quintum concedimus. ¶ Ad secundam questionem est sciendum q circa hoc etiam fuerunt duo errores. Unus fuit Arrij et Eunomij: qui dicebant filium dei carnem sine anima assumpsisse: quia opinabantur diuinitatem sine anima corpus eius viuificare. Alius fuit error Apollinaris qui dicebat in christo corp⁹ animatum fuisse cum anima carente sensu et intellectu. vterq autem error veritati humanitatis derogat: et dignitati corporis christi. Non enim potest esse vt materia in aliquo esse perficiat nisi per aliquid quod sit forma ei⁹. vm cum deus nullo modo forma corporis esse possit: quia oporteret eum esse partem: et non immaterialissimum: sequeret q corpus christi si omnino careret anima esset sicut corpus non viuum. et si careret anima sensibili et rationali esset sicut corpus plante: vnde esset multo minus nobile eē corpus nostrum. Similiter etiam cum de ratione hominis sit rationalem animam habere: si ea christus caruisset verus homo non fuisset. Hoc autem videtur eis contigisse ex hoc q credebant animam corpori non vniri sicut formam: sed magis sicut indumento: vt Plato dicit ſm q Grego. nis. narrat. per quem modum si deus corpori vniret: homo non diceret: precipue si ponat vt quidam posuerunt animam de substantia dei esse: que omnia manifestam falsitatem continent. Et ideo horum et aliorum predictorum error excluditur in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹ sic Natus est dei filius ex homine: non per hominem id est viri coitum: sicut Ebeon dicit. sed carnem de virgine trahens: non de celo afferens: sicut Marcianus affirmat. neq in fantasia sine carne vt Valentinus dicebat: sed verum corpus. Non tum carnem ex carne vt Marcianus dicit: sed verus deus et verus homo. in deitate verbum patris et deus in homine anima et caro: non sine sensu et ratione vt Apollinaris posuit. neq caro sine anima vt Eunomi⁹ dixit. Neq sic natus de virgine: vt anteq de virgine nasceretur deus non fuerit: sicut Antemon et Marcellus dixerunt. ¶ Ad primum ergo circa hoc obiectum dicendum q cum dicitur Verbum caro factum est: sumitur pars pro toto id est caro pro toto homine. sicut anima ponit aliquando pro toto homine Gene. xlvj. Omnes anime que ingresse sunt in egiptum ꝛc. Ideo autem carnem que inferior pars est dicere voluit: vt ostenderet per locum a minori nihil in hominis natura esse quod filius dei non assumpsit. ¶ Ad secundum dicendum q ad hoc q corpus viuificetur requiritur q sibi cōiungatur principium vite per modum forme vt ex eis efficiatur vna natura cōmunis. diuinitas autem forma corporis eē non potest. non enim ex deitate et corpore vna cōmunis natura resultat. et ideo ad hoc vt corpus xpi vnum eē possit requiritur anima q sit eius forma. ¶ Ad tertium dicendum q sicut in. ij. de anima dicitur Illud quo aliquid operatur primo est forma rei. vnde cum intellectus diuinus non possit esse forma in humanitate christi: oportet q illud quo hō sentit et intelligit sit anima sensitiua et intellectiua. ¶ Alia duo concedimus. ¶ Ad tertiam questionem sciendum est q quidam posuerunt deum assumpsisse animam et corpus: non ita q ex eorum coniunctione aliqua humanitas resultaret. et hec opi-

nio similiter veritatem humanitatis tollit: ꝛ dignitatē cor-
poris christi. non enī christus verus homo esse potuit: nec
corpus eius vere viuū nisi anima corpori vnita fuisset vt for-
ma ei⁹: ita q̄ ex eis vnū quid efficeretur. sed de hac opinio-
ne infra dicetur dis. iij. vñ dicendū q̄ sicut in christo verum
corpus ꝛ vera anima fuit: ita ꝛ vera humanitas id est natu-
ra humana ex diuinctione vtriusq̄ resultans. ¶ Ad primū
circa hoc obiectū dicendū q̄ Dama. dicere intendit q̄ non
est facta vnio in vna natura vt Euticiani posuerunt. ꝛ ideo
vult q̄ ex coniūctione diuinitatis ad humanitatē nō resul-
tet aliqua natura cōmunis tertia: quia illa nec esset diuini-
tas nec humanitas: sicut humanitas nec est anima neq̄ cor-
pus. vnde christus neq̄ esset deus neq̄ homo: sed tm̄ xp̄s.
nō autē intendit q̄ ex coniūctione anime ad corpus non re-
sultet forma toti⁹ per quam in specie cū alijs hoīb⁹ cōicet.
¶ Ad secundum dicendū q̄ verbum Boetij veritatem ha-
bet in quolibet individuo quod subsistit in vna natura tm̄:
quia species comprehēdit omnia essentialia principia sub-
sistentis individui in natura speciei. ꝛ sic etiam humanitas
comprehendit omnia essentialia christi fm̄ q̄ in humanita
te subsistit. sed illa persona hoc singulariter habet vt in dua
bus naturis subsistat: ꝛ ideo species humana non colligit
omnia que illi persone essentialiter conueniunt. ¶ Ad ter-
tium dicendū q̄ cū dicitur nomine humanitatis corpus et
animā intelligi intelligendū est materialiter: sicut nomine
totius intelliguntur partes: non q̄ totū proprie loquēdo sit
sue partes: sed aliquid ex partibus constitutū. ¶ Alia duo
concedimus.

¶ Questio secunda.

Deinde queritur de ordine assumptionis: Et circa
hoc querunt̄ tria. Primo vtrū vnam partē huma-
ne nature assumpserit mediante alia. Secūdo vtrū
humanam naturā assumpsit mediante aliquo alio. Tertio
vtrum oēs partes humane nature simul tpe assumpserit.

Ad primū sic proceditur. videtur q̄ carnē non assum
pserit mediante anima. remoto enī medio quo ali-
qua coniungunt̄ extrema separantur. sicut patet in
tabulis que per clauū coniungunt̄. sed in morte christi se-
parata est anima a carne: nec tamē separata est deitas a car-
ne. ergo anima nō est mediū quo deitas vnitur carni. ¶ P̄
vnū extremorū que coniungunt̄ per mediū magis coniun-
guntur medio q̄ alterī extremo. sed caro nō magis coniun
gitur anime q̄ deitati. est enī caro ab anima sepata in mor-
tem. non tamen a deitate: ergo diuinitas non est vnita carni
mediante anima. ¶ P̄ deus in qualibet creatura est imme
diate per essentiam presentiam ꝛ potentiā. Similiter etiaꝫ
anime sancte coniungitur imediate per gratiam. cum ergo
maior sit coniunctio vnionis q̄ aliqua predictarū: videtur
q̄ quicquid assumitur ad vnitatem persone imediate diui
nitati coniungatur. ¶ Sed contra. Augustin⁹ ad Volusia-
nū dicit Filius dei assumpsit animā rationalem: ꝛ per eaꝫ
sibi corpus aptauit. ꝛ ita videtur q̄ mediante anima filius
dei carnem assumpserit. ¶ P̄ multum distantia non con-
iungunt̄ nisi per mediū: quod minus distat ab extremis q̄
extrema ad inuicem. sed corpus plus distat a deitate q̄ ani
ma: ergo corpus vnitur deitati mediante anima. ¶ Alte-
rius videt̄ q̄ non assumpserit animā mediante spiritu. im-
possibile enī est vt per idem mediū vniaꝫ aliquid superiori
ꝛ inferiori: quia illud quo vnitur inferiori est infra ipsum.
illud autē quo vnitur superiori est supra ipsum. sed anima
mediāte spiritu vnitur corpori quod est infra ipsum vt qui
dam dicunt: ergo non vnitur deo qui est supra eā median-
te spiritu. ¶ P̄ medium oportet differre ab extremis. sed
mens que spiritus dicitur ab Augu. xij. super Gene. nō est
extra essentiam anime: imo est id quod in anima nostra est
sublimius: in qua imago dei inuenitur: vt idem Aug. xiiij.
de trini. dicit: ergo non assumpsit animā mediante spiritu.
¶ P̄ spirit⁹ humanus differt in hoc ab angelico q̄ est ani-
me vnitus ꝛ carni: quod angelo nō conuenit. sed spirit⁹ an-
gelicus non est assumptibilis vt supra dictū est: ergo q̄ spi
ritus human⁹ sit assumptibilis: est ex ratione anime: vel ex
ratione carnis: ergo magis assumpsit spiritū mediante car-
ne vel anima q̄ econuerso. ¶ Sed contra. Ea que sunt di-
stantia per aliquid vtriq̄ proximū coniungunt̄. sed spirit⁹
proxim⁹ est deo per similitudinē imaginis: quia ꝛ ipse de⁹
spiritus est: vt dicitur Jo. iiij. Similiter etiam cum anima
conuenit in hoc q̄ pars quedam anime est: ergo deus ani-
mā mediante spiritu assumpsit. ¶ P̄ sicut anima corpori:
ita alius partibus anime spirit⁹ superior est. sed deus assum
psit corpus mediāte anima: ergo eadem ratione assumpsit
animā mediante spiritu. ¶ Alteri⁹ videtur q̄ nō assum-
pserit totū mediantibus partibus. illud enī quod conuenit
toti ratione partiū: non solum conuenit toti: sed etiam par-
tibus. sed deitas non predicatur de partibus humane natu
re: nō enī dicimus q̄ anima sit deus: vel q̄ corpus sit deus:
predicatur autē de toto cū dicimus deum hominē esse. er-
go cum per assumptionē humane nature predicetur deus
de homine ꝛ econuerso: videtur q̄ partes non assumpserit
nisi mediante toto. ¶ P̄ alia est singularitas vniuscuiusq̄
partis hominis: et singularitas diuine persone: vel incom-
municabilitas: quia partes sunt plures: sed persona assu-
mens vna est. est autē eadem singularitas persone assumen
tis ꝛ totius hominis: quia eadem est ypostasis vtriusq̄: vt
dicit Damasce. ergo videtur q̄ partes non assumpserit nisi
mediante toto. ¶ P̄ creature cui est vnita diuinitas debe-
tur honor latrie: vt infra dicetur dist. ix. sed aliquib⁹ par-
tibus corporis christi si essent separate non deberetur ho-
nor latrie: ergo partibus separatis a toto non est vnita diui
nitas: ergo nō est vnita partib⁹ nisi mediante toto. ¶ Sed
contra. In morte christi diuinitas partibus hominis. s. cor
pori ꝛ anime vnita mansit. sed tunc ex partibus cum coniū-
cte non essent totum non constabat: ergo non assumpsit par
tes mediante toto. ¶ P̄ quicquid conuenit parti ꝛ toti per
prius conuenit parti q̄ toti. sed dicimus humanam natu-
ram assumptam esse: ꝛ similiter partes eius. s. animā ꝛ car-
nem: ergo per prius assumpsit partes q̄ totū: ꝛ ita non par-
tes mediāte toto assumpsit. ¶ Ad⁹ dicendum q̄ est duplex
medium. s. congruentie ꝛ necessitatis. Medium congruen
tie est quod facit ad decentem coniunctionē extremorum:
que tamen nihilominus sine illo esse posset: sicut pulchritu
do facit ad decentem coniunctionem matrimonij: qua ta-
men amissa matrimoniū non soluitur. Medium autem ne
cessitatis est sine quo coniunctio extremorum esse non po-
test: sicut lumen coniungitur aeri mediante diaphano. hoc
tamen contingit dupliciter: quia vel est causa coniunctio-
nis: vel est ad coniunctionem consequens. Coniunctionis
causa est medium sicut aqua ꝛ aer in visu: quia per aerem
redditur species visibilis ipsi visui. Consequens autem cō-
iunctionem est quod ex coniunctorum dispositione causa-
tur: sicut aer vel aqua est mediū in tactu: propter hoc opor-
tet extremitates corporum se tangentium humidas esse: et
ita oportet humiditatem aliquam intermediam esse. Me-
dium autem quod est causa coniūctionis est duplex: quia
vel coniungit effectiue: sicut homo reconcilians inimicos
dicit̄ medius inter eos. vel coniūgit formaliter sicut amor
coniungit amicos vt mediū quoddam inter eos. sed vtrūq̄
horum adhuc dupliciter contingit: quia medium necessita
tis vel causa coniunctionis est in actu: vt patet in vinculo
quo aliqua colligantur. vel est causa contingibilitatis: si-
cut siccitas in lignis causat coniungibilitatem ad ignem.
¶ His igitur visis ad primam questionem dicendum q̄
anima est quodammodo medium quo corpus diuinitati
vnitur. Sed sciendum q̄ si anima comparetur ad vnionez
in actu: est medium congruentie tm̄. non enim decet vt di-
uinitas corpori vniatur nisi habeat animaꝫ. Tum quia est
deo propinquior: tum quia pluribus modis est deo vnibi-
lis q̄ corpus: quia etiam per gratiaꝫ ꝛ gloriam. tum etiam

quia corpori vnitur propter reparationem anime. si vo cõparetur ad vnibilitatem: sic est mediũ necessitatis: sicut causans formaliter vnibilitatem in corpore. non enim corpus est vnibile seruato ordine ad finem vnionis fm q̃ creatura rationalis pre alijs assumptibilis dicta est: nisi per hoc q̃ particeps est imaginis dei mediante anima. vnde corpora inanimata vnibilia non sunt. ¶ Ad primũ ergo dicendum q̃ si tollatur medium quod est causa coniunctionis in actu necesse est vnita dissolui. sicut subtracto amore hominum corda vlterius vnum non erunt. semper enim ablata causa auferẽ effectus. subtracto tamen medio congruentie quod ad decentiam vnionis faciebat non est necessariũ vnita dissolui. similiter autem non est necessarium: vt si tollatur medium quod est causa coniũgibilitatis q̃ vnio dissoluatur. potest enim esse vt causat coniungibilitatem etiam postq̃ abscesserit dũmodo remaneat ordo. z possibilitas ad ipsum quia forte coniunctio actualis medij non est causa coniungibilitatis ad extremum. sed potius coniungibilitas medij sicut actualis consideratio principiorum est medium quo habitus conclusionũ acquirit̃. non tamẽ transeunte actuali consideratione principiorum transit habitus conclusionis: eo q̃ adhuc manet habilitas ad considerandum principia. vnde cum anima sit medium congruẽtie. z causans vnibilitatem in corpore: non oportet q̃ abcedente anima coniunctio diuinitatis ad carnẽ dirimatur: quia adhuc remanet in corpore habilitas. z ordo ad animã: ratione cuius remanet in carne conuenientia vnionis: z vnibilitas ad diuinitatem. ¶ Ad secundum dicendum q̃ aliqua duo possunt esse magis coniuncta q̃ alia dupliciter. Vel quia pluribus modis coniunguntur: z sic anima magis vnitur carni q̃ deitas: quia anima est forma eius. z hoc modo est medium formaliter: vnibilitatẽ in ipso causans. Vel quia fortiori vinculo coniunguntur: z sic deitas magis vnitur carni q̃ anima que vnitur ei naturali vnione: propter quod separabilis est. diuinitas aũ vnitur carni per gratiam increatam: que inmutabilis est: z ideo illa vnio nunq̃ separatur. ¶ Ad tertium dicendum q̃ creatura ex seipsa receptibilis est diuini influxus in ipsam. z ideo non indiget medio qõ faciat eam possibilem ad hoc q̃ deus in ea sit per essentiam presentiam z potentiam. neq̃ etiaz indiget medio congruentie: quia decentissimũ est vt creatura a creatore non deseratur. similiter etiam anima fm sui naturam capax̃ est dei: corpus autem non est assumptibile per naturam corporis: sed inquantum est perfectum anima rationali: z ideo non est simile. ¶ Ad secundam questionem dicendum q̃ fm Augustinũ. xij. super Gene. spiritus multipliciter dicitur. Uno modo ipsum corpus subtile: vt aer. Alio modo corp̃ anime omnino subiectum: sicut corpora sanctorum in resurrectione. prima Corinth̃. xv. Tertio modo quelibet anima brutorum Eccls. iij. Quis nouit si spiritus iumentorum z̃c. Quarto virtus imaginaria. prima Corinth̃. xiiij. Psallam spiritu psallam z mẽte. Quinto ipsa mens hois vel angeli. Ephes. iiij. Renouamini spiritu mentis vestre. Sexto ipsa diuina substantia Jo. iiij. Spiritus est deus. Nunc autem loquimur de spiritu fm q̃ pro mente ponitur. Unde dicẽdum q̃ diuinitas mediãte spiritu animam assumpsit: sicut anima mediante corpus. sicut enim corpus non est assumptibile nisi per hoc q̃ habet animã: ita anima nõ est assumptibilis nisi per hoc q̃ mens in ea est: per quam imaginem dei habet. ¶ Ad primum ergo circa hoc obiectum dicendum q̃ ratio illa procedit ex equiuocatione spiritus: vt ex dictis patet. ¶ Ad secundum dicendum q̃ quamuis spiritus id est mens non differat ab aĩa per essentiam nisi mens dicatur potentia anime: que quodammodo ab anima per essentiam differt sicut proprietas a subiecto. tamen anima non ex hoc q̃ est anima assumptibilis est modo predicto: sed ex hoc q̃ mentem habet. z ideo mens est mediuz in anima assumptibilitatem causans. ¶ Ad tertium dicendum q̃ quamuis forma materialis non possit esse sine materia: tamen materia nõ dat esse forme: sed econuerso. ita etiã quãuis spiritus carni non vnitus assumptibilis non fit: magis tamen spiritus causat assumptibilitatem in corpore q̃ econuerso. ¶ Alia duo concedimus. ¶ Ad tertiam questionẽ dicendum q̃ partes originaliter sunt priores toto quasi cõstituentes ipsum. totum autem completiue est prius partibus: quia ratio nature complete inuenitur prius in ipso toto: z ad partes eius peruenit mediante toto inquantũ eius partes sunt: vnde etiaz sunt in genere per reductionẽ. ¶ Et ideo dicendum est q̃ quodãmodo mediantibus partibus assumpsit totum inquantum scilicz partes originaliter humanam naturam constituebant cui per se assumptio debebatur. quodãmodo autem partes mediante toto: inquantum ratio humane nature que per se assumptibilis est per prius inuenitur in toto: z per hoc in partib⁹. ¶ Ad primuz ergo dicendũ q̃ quãuis de partibus humane nature deus non predicet̃: tamen partes ille causant originaliter assumptibilitatem in toto: sicut homo dicitur animal: non autem corpus vel anima dicitur animal: quãuis ex corpore z anima causetur in homine q̃ animal sit. ¶ Ad secundum dicendum q̃ est duplex singularitas: scilicz singularitas nature: vt hec humanitas. z singularitas subsistentis in natura: vt hic homo. non autem est facta vnio in singularitate nature: quia nature inalterabiliter vnite sunt. fz est facta vnio in singularitate persone subsistentis in natura: quia idem christus in vtraq̃ natura subsistit. singularitas autem partium inquantum partes sunt ad naturã pertinet. z ideo nõ est eadem singularitas partium hominis z dei: sed est eadem persona hominis z dei: nec tamen sequit̃ q̃ partes nõ causent assumptibilitatem in toto. ¶ Ad tertium dicendũ q̃ in omnibus partibus que sunt de veritate humane nature etiam separatis manet ordo ad totam naturam. z ideo remanet in eis assumptibilitas: z per consequens vnio: sicut in corpore christi remansit anima separata: vnde et eis latria deberetur. si autem seperarentur alique partes que non essent de veritate humane nature: nõ remaneret in eis ordo ad naturam humanam: cui principaliter assumptio debetur: z ideo nõ remaneret vnio nec debitũ latrie. ¶ Ad quartum dicendum: q̃ sicut corpus remanet vnitum post animam quamuis mediãte anima vniatur propter hoc q̃ remanet in corpore ordo ad animã. ita etiaz remanet ordo in partibus ad totuz. z propter hoc dissoluto toto adhuc remanent partes vnite. ¶ Ad quintum dicendum q̃ quamuis partes sint priores toto: z causent totum: tamẽ aliquid est quod non conuenit partibus nisi in ordine ad totum: sicut q̃ ordinent̃ in predicamento: vñ ratio ex falsis ꝓcedit.

¶ Secundum sic proceditur. videtur q̃ natura humana assumpta sit mediante gratia. Sicut enim dicit Augustinus in. xiiij. de trinita. in rebus per temꝑus exortis summa gratia est q̃ de⁹ in vnitate persone homini nullis meritis precedẽtibus copulatur: sed in his que fiunt per gratiam: gratia medium cadit: ergo natura humana vnitur diuinitati mediante gratia. ¶ Ꝑ maior est vnio in persona q̃ vnio anime beate ad deum per fruitionem. fz anima non potest vniri deo per modum fruitionis nisi mediãte gratia: ergo nec natura humana potest assumi in vnitate diuine ꝑsone nisi mediãte gratia. ¶ Preterea in illud quod facultatem nature excedit natura non potest peruenire nisi mediãte gratia. sed assumi in vnitatem diuine persone est maxime excedens facultatẽ nature: ergo in hoc natura non potest peruenire nisi per gratiaz eleuetur. z sic idẽ quod prius. ¶ Sed contra. Corpus humanum non est susceptibile gratie: z tamen assumptum est sicut z anima: ergo assumptio humane nature non est facta mediante gratia. ¶ Preterea in his que miraculose fiunt non requiritur aliquod medium disponẽs. sed assumptio humane nature miraculose est facta: ergo non oportuit q̃ esset ibi gra-

tia aliqua quasi disponens humanam naturam in vnionē

¶ Ulterius videtur q̄ filius dei carnem assumpsit mediante spiritusancto. verbū enim creatum non vnitur voci nisi mediante spiritu: sed sicut verbū mentis humane vnitur voci: ita verbum diuinum vnitur carni: vt dicit Augu. ergo illa vnio facta est mediāte spiritusancto. ¶ Preterea in omni coniunctione que fit per gratuitam voluntatem: amor medium cadit: sed vnio filij dei ad humanam naturam est huiusmodi: ergo in ea spiritussanct⁹ qui est amor medium est. ¶ Preterea ſm Augusti. z Pyll'. Inter tres personas spiritussanctus est nobis propinquior: sed id q̄ alicui magis propinquat est medium quo magis distanti vnitur: ergo spiritussanctus est medium quo vnitur humana natura diuine. ¶ Sed contra. medium magis vnitur vtriq; extremorum q̄z extrema ad inuicem: sed spiritussanctus non vnitur humanitati persona: ergo non est medius vnionis. ¶ Ulterius videtur q̄ nec vnio cadat medium inter humanam naturam z diuinā: nullum enim accidēs cadit medium in aliqua substantiali vnione: sed vnio cuz sit relatio: accidens quoddaz est: ergo cum vnio diuinitatis ad humanitatem non sit accidentalis: sed in substantia que ypostasis dicitur: videtur q̄ in illa vnione medium cadere nō possit. ¶ Preterea Si vnio illa res aliqua est aut est eterna aut temporalis: si eterna: cum compositionē non sit intelligere sine compositis: vt dicit philosopbus oporteret q̄ homo ab eterno deo vnitus fuisset: si temporalis: cum vnio sit in vtroq; extremorum: videtur q̄ aliquod tēporale in deo sit quod est impossibile: ergo vni non est aliqua res cadens medium inter humanam naturam z diuinam. ¶ Preterea si sit temporalis: cuz omnia temporalia precesserunt in operibus sex dierum: oportet q̄ z vnio ista in operibus illis precesserit: quod non videtur: ergo vnio non est aliqua res temporalis que medium inter diuinitatem et humanitatem cadere possit. ¶ Sed contra. relatio cadit medium inter extrema: sed vnio relatio quedam est qua humanitas z diuinitas vniri dicuntur: ergo mediante vnione: humana natura diuine vnita est. ¶ Ad⁹ suppositā distinctione in predicto articulo premissa. Sciendū est q̄ in vnione humane nature ad diuinam nihil potest cadere medium formaliter vnionem causans cui per prius humana natura coniungatur q̄z diuine persone: sicut enim inter materiam z formam nihil cadit medium ineſſe: quod per prius sit in materia q̄z forma substantialis: alias esse accidentale esset prius substantiali quod est impossibile: ita etiam inter naturam z suppositum non potest aliquid dicto modo medium cadere: cuz vtraq; coniunctio sit ad esse substantiale: sed sicut aduentum forme in materiam precedunt ordine fiendi disponentia formaliter et materialiter quibus materia redditur idonea ad susceptionem forme: ita etiam in humana natura inueniūtur quedam superadita quibus redditur decens vt assumatur a diuina persona vt scientie et virtutes et huiusmodi: vnde ista possunt quodāmodo dici medium congruentie. ¶ Ad primam ergo questionem dicendū q̄ sicut in. ij. senten. xxvj. dis. Magister dicit: gratia dupliciter dicitur. vno modo ipse deus gratis dans vel gratuita volūtas eius. alio modo donum aliquod gratis datum. primo ergo modo accipiendo gratiam: gratia est medium vnionis quasi vnionez efficaciter causans: quia gratuita sua voluntate sine meritis precedētibus carnem assumpsit. secundo modo accipiendo gratiā non cadit ibi aliquod medium habituale donū: sicut vnionem vel vnibilitatem formaliter causans: sed solum est sicut medium congruetatis: sicut etiam scientia et perfectio corporis z huiusmodi: que decuit nature assumpte nō deesse: Nisi forte gratie ipsa vnio dicatur que est quoddam donū gratie gratis datum: que quomodo sit medium post dicetur. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ sicut ipsemet se exponit. Assumptio illa ad maximam gratiam pertinet: q̄z tam maximum donum collatum est homini vt esset filius dei nullis precedentibus meritis. Unde gratia diuina ibi signat voluntatem diuinam: vnitionem gratis facientem z non habitum aliquem quo interueniente vnio completa fit. ¶ Ad secundum dicendum q̄ fruitio operationem quandam dicit. vnde per fruitionem anima vnitur deo sicut operans operationis obiecto: hoc autem ad rationem perfecte operationis pertinet vt a potentia mediante habitu eliciatur: z ideo oportet q̄ vnio fruitionis mediante habitu gratuito fiat: vnio autem in persona est ad vnum esse personale: habitus autem non potest esse principium personе subsistentis: sed est adesse consequens: et ideo gratia non est medium in vnione personali: sicut vnionez formaliter causans. ¶ Ad tertium dicendum q̄ quāuis assumi in vnitatem diuine persone sit supra facultatez humane nature: non tamen exigitur aliquid formaliter humanam naturam eleuans ad talem assumptionem: tum quia quocūq; addito talis natura a persona diuina in infinitum distaret: tum quia cum assumi per se nature conueniat: omnia autem accidentia preter rationem nature sunt: Et ideo nō poterit humana natura scōm id q̄ assumptibilis est eleuari per aliquod accidens additum ad hoc vt assumptibilior fiat: sed ad hoc q̄ assumatur: exigitur benignitas diuina humanam naturam ad tantam dignitatem gratis eleuans ¶ Ad secundam questionem dicendum q̄ spiritussanct⁹ non potest dici in illa vnione medium: nisi sicut vnionem effectiue causans que quāuis effectus totius trinitatis sit: tamē spirituisancto appropriatur: vt infra dicetur distinc. iiij. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ etiam verbum creatū voci nō vnitur mediāte spiritu: nisi sicut per mediū effectiuū vnionis: quia sicut dicit philosophus in secundo de anima. percussio respirati aeris ad arteriam est causa vocis: z per hunc etiam modum spirituisancto appropriatur efficientia carnis: cui verbum increatum vnitur. ¶ Ad secundum dicendum q̄ ea que per voluntatem fiunt etiam mediante amore fiunt sicut efficiente causa: et sic etiam est in predicta vnione. ¶ Ad tertium dicendum q̄ spiritussanctus etiam dicitur propinquior nobis inquantum per ipsum omnia dona nobis donantur: vt in pmo libro. distinctio. xviij. dictum est: et sic in idem redit cum predictis. ¶ Ad tertiam questionem dicendum est q̄ inter humanam naturam et diuinam necesse est cadere vnionem mediam: non sicut causam: sed sicut effectum coniunctionem naturarum consequentem. Est enim natura relationis: vt in alijs rerum generibus causam habeat: quia minimum habet de natura entis: vt Cōmentator in. xj. Methaphi. dicit: vnde quāuis relatio per se non terminet motum: quia in ad aliquid non est motus: vt probatur in quinto phisicorum. z tamen ex hoc q̄ motus per se terminatur ad aliquod ens: de necessitate consequitur relatio aliqua: sicut ex hoc q̄ motus alterationis terminatur ad albedinem consequitur relatio similitudinis ad omnia alba: similiter etiam ex hoc q̄ motus generationis terminatur ad formā cōsequitur hec relatio scōm quam materia sub forma esse dicitur: ita etiam ex hoc q̄ motus assumptionis humane nature terminatur ad personam: consequitur hec relatio que dicitur vnio. vnde vnio est medium non sicut assumptionem causans: sed potius sicut eam consequens: sicut etiam dictū est supra q̄ aqua est mediū in tactu ex hoc q̄ tangentia humecta sunt. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ nihil prohibet accidens esse medium in coniunctione substantiali sicut coniunctionem sequens: impossibile est tamen vt sit medium coniunctionē causans. ¶ Ad secundum dicendum q̄ vnio relatio quedam temporalis est que quidem realiter est in ipsa natura assumpta: sed est in persona assumente scōm rationem tantum: sicut z de alijs re-

lationibus ex tempore de deo dictis vt dominus & huiusmodi: vt in primo libro. dis. xxx. dictum est. Et tamen sicut dominus realiter dicitur deus non propter relationē dominij realiter in ipso existentem: sed propter potestatē coercendi creaturam ex qua talis relatio causatur: ita etiam dicitur realiter vnitus: quia in eo realiter est personalitas ad quam vnio terminatur. ¶ Ad tertium dicendū q̄ vnio illa precessit in operibus sex dierum nō in ratione seminali: sed in potentia obedientie tātū: sicut costa ade fuit: vt ex ea eua formari posset.

AD tertium sic proceditur. videtur q̄ caro prius fuerit concepta q̄ assumeretur: quod enim nō est nō potest assumi: sed caro per conceptionem efficitur ens caro: ergo prius fuit concepta q̄ assumeret. ¶ P̄ motus semper precedit tempore terminum motus: sed conceptio carnis terminata est ad vnionem: sicut motus ad terminū: ergo conceptio vnionem precessit. ¶ Sed contra. sola vnione cōmunicatio proprietatum efficitur: vt quod de homine dicitur de filio dei dicatur: sed concipi proprie carnis est: si ergo conceptio carnis vnionem precederet: filius dei de virgine conceptus non esset: q̄ō est contra symbolū: ergo conceptio carnis vnionē non precessit. ¶ Ulterius videtur q̄ caro prius fuerit assumpta q̄ animata: quod enim est primum in resolutione est vltimum in compositione: sed anima separata est a carne adhuc manente vnione carnis ad diuinitatem: ergo caro prius est assumpta a diuinitate q̄ animaretur. ¶ P̄terea anima cui sit forma requirit proprium materiam: scilicet corpus organicum in quo sit: hoc autem fit per conceptionē carnis: ergo conceptio precedit animationem: sed conceptio carnis simul est cum ipsius assumptione vt probatum est: ergo caro prius fuit assumpta q̄ animata anima rationali. ¶ Ex contra. caro vnitur diuinitati mediāte anima vt supra habitum est: sed extremum non prius extremo coniungitur q̄ medio: ergo caro non prius est diuinitati vnita q̄ animata. ¶ Ulterius videtur q̄ anima sit prius assumpta q̄ corpori coniuncta: extremum enim prius coniungitur medio quā alteri extremorum: sed diuinitas vnitur carni mediante anima: ergo prius vnitur anime q̄ carni: sed simul diuinitas & anima carni vniūtur: ergo diuinitas prius vnitur anime q̄ carni. ¶ P̄terea persona christi ex tribus substantijs componi dicitur: scilicet ex diuinitate anima & carne: quorum suprēmum est deitas: et infimum est caro: anima autem est medium: sed prius diuinitas fuit q̄ anime & carni vniretur: ergo si medium cum extremis cōmunicat videtur q̄ anima fit posterior deitate & prior carne: & simul anima creata est & assumpta: ergo anima p̄i⁹ est assumpta quā carni vniatur. ¶ Sed contra. anima non est prius assumpta q̄ creata: nec creata q̄ corpori infusa: quia creando corpori infunditur: & infundēdo creatur: ergo anima non est prius assumpta q̄ carni vnita. ¶ R° dicendū q̄ nulla natura habet esse nisi in suppposito suo: non enī humanitas potest esse nisi in homine. vnde quicquid est in genere substantie per se existens: rationem ypostasis habet vel suppositi: & quia vnio diuinitatis & humanitatis fit in ypostasi: vt dicit Damasce. ideo non potest esse: vt quod assumptum est prius fuerit q̄ assumeretur: nisi forte poneretur q̄ assumptio: rationem ypostasis rei assumpte tolleret: quod est inconueniens: hoc enim sine corruptione assumpti accidere non posset: & ideo nullum horum trium est possibile: scilicet nec vt caro concepta prius fuerit: et postmodum assumpta: nec vt anima prius creata & postmodum assumpta: neq; vt homo prius ex suis partibus constitut⁹ sit & postmodū assumptus: sicut autem ex dictis patet corpus assumptibilitatē habet ab anima: similiter etiam partes essentiales assumptibilitatez habent ex ratione nature cuius sunt partes. vnde etiam vtrūq; horum est impossibile: vt scilicet anima prius fit creata & assumpta & postmodū corpori coniuncta: & etiam q̄ caro prius fit concepta et assumpta & postmodum anime vnita: sed hec quatuor necesse est simul fuisse: scilicet conceptionem carnis: creationem anime: coniunctionem vtriusq; et vnionem ad deitatem. ¶ Unde patet responsio ad primā questionez: non enim fuit possibile q̄ caro prius fuerit concepta & postmodū assumpta: quia si ante assumptionē cōcepta fuisset propriam ypostasim habuisset: & tunc post assumptionem vel mansisset illa ypostasis: et sic non potuisset fieri vnio in ypostasi: vel non mansisset & hoc sine corruptione carnis prius concepte accidere non posset: ratio enim ypostasis non est accidentalis rei vt re eadem numero manente alia ypostasis esse possit. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ quāuis illud quod non est nō possit assumi: tamen possibile est vt in eo de: n instanti in quo esse habet assumatur: vt sic esse rei assumpte non precedat assumptionem tempore sed natura. ¶ Ad secundū dicendum q̄ cuius motus fm principium sui vel medium non possit esse simul cum eo ad quod motus terminat: tamen vltimum motus potest esse simul cum eo: sicut alteratio terminat ad generationem: ita q̄ in eodē instāti in quo alteratio terminatur forma substantialis introducitur: ita etiam in eodem instanti in quo conceptio terminat quando caro primo concepta est tunc assumi potest. Et quia conceptio in instanti facta est non differebat in ea primū medium & terminus: & ideo simpliciter loquēdo conceptio simul fuit cum assumptione. ¶ Ad secundā questionem patet etiam responsio ex predictis: non enim est possibile vt caro prius assumpta fit et postmodum animata propter duo: tum quia assumptibilitatem habet ab anima quā sibi anima conferre non potest anteq̄ ei vniatur: tum etiam quia partes assumptibilitatē habent a toto vt prius dictum est. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ corpus assumptibile est fm q̄ ordinem habet ad animā & ad totum: quē ordinem habere non potest nisi post q̄ anime vnitum est & actu pars humane nature effectum: & tamen separata anima et dissoluto toto adhuc remanet ille ordo in corpore fm spem resurrectionis: sicut & habitus acquisitus vt virtus politica causatur per actualem operationem & tamen transeunte actuali operatione remanet habit⁹. vnde patet q̄ corpus non potest assumi anteq̄ anime vniatur: & tamen si anima separaret⁹ post vnionē: remanebit carо nihilominus assumpta & diuinitati vnita. ¶ Ad secundum dicendū q̄ forma p̄supponit materiaz p̄priam et dispositam: non ordine temporis: sz ordine nature: quia in eodem instanti in quo materie fit necessitas. id est in vltimo instanti dispositionis inducitur forma substantialis: & ideo nō oportz q̄ prius tempore caro sit concepta q̄ anime vniatur. ¶ Ad tertiā questionē patet responsio ex predictis: non enim potuit anima prius assumi q̄ carni vniretur cum assumptibilis sit per hoc q̄ est pars humane nature. ¶ Ad primum ergo dicendū q̄ extremū non semper prius tempore cōiungitur medio q̄ alteri extremorum: sicut enim tempore aer patitur a colore & visus: sed tamen aer prius patit⁹ ordine nature: quia passio aeris causat passionem visus: similiter etiam non est necessarium q̄ prius tempore deitas prius sit vnita anime q̄ carni. ¶ Ad secundum dicendū q̄ anima q̄uis sit dignior corpore: est tñ forma corporis: forme autē non est vt tempore materiā precedat: sed dignitate tantū: diuinitas autem nō vnitur humane nature vt forma. vñ nō est similis ratio vtrobiq;. ¶ Ex hoc autē humane nature. Non est intelligendū per humanitatē aīam & corpus quasi proprie dici possit humanitas est aīa & corpus: sz sicut in toto intelliguntur partes vt in domo paries & tectū que tamē de toto nō predicant: vnde etiam in auctoritate beate Jero. subdit humanitas que ex anima continetur et corpore non dicit que est anima et corpus.

DISTINCTIO TERTIA

De carne quam verbum assumpsit: qualis ante fuerit: & qualis assumpta sit.

Queritur etiã de carne verbi an pri⁹ q̃ ꝓciperet obligata fuerit pctõ: Et an tal' fuerit assumpta a vbo. Sane dici potest & credi oportet iuxta scõz attestatiõis ꝙueniẽtiã ipsam pri⁹ pctõ fuisse obnoxiã sicut reliq̃ virginis caro: sz spũssancti opatione ita mũdatã vt ab oi pcti ꝓtagione ĩmunis vniret verbo: pena tm̃: nõ necessitate: sed volũtate assumẽtis remanẽte. Mariam quoq; totã spũssanctus in eã ꝓueniens a pecca to prorsus purgauit: et a fomite peccati etiam liberauit: vel fomitem ipsum penitus euacuando: vt quibusdam placet: vel sic debilitando et extenuando: vt ei postmodum peccandi occasio nullatenus extiterit. Potentiã quoq; generãdi absq; viri semine virgini ꝓparauit. Ita enim verba euangelij docent: vbi angelus virginem alloquẽs ait Spiritussanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrauit tibi: & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Cui sacra virgo respondit: Ecce ancilla domini fiat mihi ſm verbum tuũ Quod exponens Joannes ait: Post consensum autem sancte virginis spiritussanctus ꝓueniet in ipsam ſm verbũ domini quod angelus dixit purgans ipsam: & potentiam deitatis verbi receptiuam ꝓparans simul & generatiuam. & tunc obumbrauit ipsam dei altissimi per se sapientia: & virtus existens id est filius dei patris homusios id est consubstantialis sicut diuinum semen. & copulauit sibiipsi ex sanctissimis & purissimis ipsius virginis sanguinibus: carnem animatam anima rationali & intellectiua nostre antique conspersionis non seminans: sed per spiritum creans. Quare simul caro: simul dei caro: simul caro animata anima rationali & intellectu: simul dei verbi caro animata anima rationali & intellectiua. Ex his perspicuum fit quod ante diximus carnem. s. verbi simul conceptam & assumptam: eandemq; immo virginẽ totam spũ sancto ꝓueniente ab omni labe pcti castificatã: Cui collata est potẽtia nouo more generãdi: vt sine coitu viri: sine libidine ꝙcipiẽtis in vtero virginis celebrareť cõcept⁹ dei & hois. Illa enĩ caro quã de⁹ sibi ex virgine vnire dignat⁹ est: sine vitio ꝙcepta: & sine pctõ nata est. hãc tñ carnẽ nõ celestis: nõ aere: nõ alteri⁹ cuiusq̃ putes esse nature: sed eius cuius est omniũ hominũ caro.

Auctoritate sumat extũc fuisse virginem immunem a peccato.

Quod aũt sacra virgo extunc ab omni peccato immunis extiterit Augustinus euidenter ostendit in libro de natura & gratia inquiens Excepta virgine maria de q̃ propter honorẽ dñi nullaz prorsus cũ de pctõ agit haberi

Erant ergo qui nomine humanitatis. Per hanc proprietatem que ab eis humanitas dicit potest intelligi forma consequens partium compositionem corporis & anime in qua sicut in natura cõmuni omnia individua cõmunicant. forte enĩ qui h̃ posuerunt sapiebant opinionem platonis: qui posuit formas vniuersales in actu habere esse in natura preter materiã. sic enim ſm eum: vt philosoph⁹ in. j. metha. dicit: Forma hominis erat sine carnib⁹ & ossibus: & sine aliis partibus eius. & talem humanitatem sine corpore & anima ifti assumptã ponebant. Et contra tales Damas. dicit in. iij. li. ca. xj. Neq; eam que nuda contemplatione consideratur naturam assumpsit. non enĩ incarnatio esset: sed deceptio & fictio incarnationis. Vel tangit vt quidam dicunt opinionem eorum qui dicebant xp̃m ſm q̃ est homo non esse q̃d sed qualiter se habens quod infra tanget di. vj. Quod euidenter idem Joannes. sciendum q̃ magister accipit verba Jo. Dama. sed nõ sensum. Inducit enĩ Dama. hec verba ad confutandũ errorem eorum qui dicebant in xp̃o vnam tm̃ naturã ee quasi confectã ex diuinitate & humanitate. sicut vna quedã natura conficit ex anima & corpore aĩa q̃ signat cũ dicit oẽs hoies esse eiusdem nature: non ita q̃ in quolibet eor aĩa & corpus sint vni⁹ nature ad inuicẽ compata: sz quia ex his duob⁹ vna natura ꝛficit in qua oẽs conueniũt. sz nõ est ita in xp̃o q̃ ex humanitate & diuinitate vna cõis natura resultet que sit quasi cõis spẽs de plurib⁹ predicata: q̃ diuinitatẽ & humanitatẽ sumul habeãt. Magister aũt assumit hec verba ad impugnandũ positionẽ eor qui proprietatẽ que humanitas dicit assumptã dicebant. Humanitas enĩ si consideret vt cõis: species est que in plurib⁹ inuenit: ſm quẽ modũ omniũ hominũ dicitur vna natura. sic autẽ cõis species humanitatis in xp̃o nõ est. nõ enĩ humanitas xp̃i est cõis in actu: sed est humanitas singularis. Nec; enĩ factus. Videt q̃ hec ꝓbatio nulla sit. multe enĩ species sunt que nõ nisi de vno individuo predicant: vt sol & luna. Sed dicendũ ad hoc q̃ ſm intentionẽ magistri facile est respondere. Omnis enĩ species que participat a multis individuis: predicat de oibus eis. vnde si spẽs humana ꝓut est cõis esset quid subsistens preter singularia: ipsa de oib⁹ ꝑdicaret. vñ si talẽ humanitatẽ xp̃s assumpsisz: hõ qui est xp̃s de oib⁹ hoĩb⁹ ꝑdicaret. Scõm intentionẽ vo Dama. aliter est dicẽdũ: q̃ oĩs natura cõis inquantũ huiusmodi in multis inueniri potest. Sed si aliq̃ spẽs sit q̃ in vno tm̃ est individuo: hoc est propter aliquid aliud: quod non est de intellectu illi⁹ nature. vñ possibile est intelligere plures soles. sz singulare habet incõmunicabilitatẽ per id qõ est de rõne eius. s. ꝓ materiã que eet pars diffinitionis ei⁹ si diffiniret vt ex. viij. metha. patet. vnde nõ est possibile intelligi hunc hominẽ de plurib⁹ predicari. vnde patet q̃ illud quod nec actu nec intellectu de pluribus dici põt est singulare. huiusmodi autẽ est xp̃s: quare hoc nomen xp̃s nõ significat vnã naturã cõem resultantẽ ex vnione diuinitatis & humanitatis: sed vnã ypostasim subsistentẽ in vtraq; natura. Oia que in nostra natura Intelligẽdũ est de his que sunt de ratione humane nature: sicut principia essentialia ipsius: vel etiam ea que ex principiis essentialib⁹ consequunt vt naturales proprietates. vnde non est instantia de ĩmortalitate que gratis primo homini concessa est. Et tamen predicant illum visibilem Responsio quare sol non inficitur ex hoc q̃ radios suos per feces spergit hec est: quia non communicat cũ alijs corporibus in materia vt simul agens patiatur: sicut ea que in materia cõmunicant dum agunt patiuntur: vt in primo de genera. dicitur. Anima autem communicat corpori in materia: nõ ex qua fit anima: sz in qua fit. & ideo ex coniunctione ad corpus inficitur. Diuinitas autem non cõmunicat cum corpore: neq; in materia ex q̃: cum omnino sit immaterialis: neq; sicut materia in qua: cũ non vniat corpori sicut forma eius.

volo questionē. Inde enī scimus q̄ ei plus gratie est collatū ad vincendū ex oi parte pctm̄ q̄ cōcipere ac parere meruit quē ꝓstat nullū habuisse pctm̄. Hac igitur virgine exceptasi oēs sancti et sancte congregari possent: ⁊ quereretur ab eis an peccatum haberent: quid responderent nisi quod Joannes ait: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus nosipsos seducimus. Illa autem virgo singulari prevēta est gratia atq̄ repleta vt ipsum haberet ventris sui fructum: quē ex initio habet vniuersitas dominum: vt illud quod nascebatur ex propagine primi hominis tantūmodo generis: ⁊ non criminis originem duceret.

¶ Quare nō fuit xp̄s decimat⁹ in abraam sicut leui: cū caro quā accepit in eo fuerit pctō obnoxia.

Quum autem illa caro cuius excellentia singularis verbis explicari non potest: an anteq̄ esset verbo vnita obnoxia fuerit peccato in maria: ⁊ in alijs a quibus propagatiōe traducta est: nō imerito videri potest in abraam pctō subiacuisse: cuius vniversa caro pctī subiacebat. Vnde queri solet quare leui dicatur decimatus in abraam: ⁊ non christus: cū in lumbis abrae vteq̄ fuerit fm materialem rationem quando decimatus est abraam id est decimas dedit melchisedech. Tunc enim Aplus leui decimatū dicit in abraam tanq̄ in materiali causa. Quia ea decimatione sicut abraam minor melchisedech ostendit: cui personaliter decimas soluit: ita ⁊ leuitic⁹ ordo qui in abraam fm rationem seminalem erat: ⁊ ex eo per concupiscentiam carnis descēdit. christus autem non est decimatus: quia licz ibi fuerit fm carnem: non tamen inde descendit fm legem communem scilicet per carnis libidinem. sicut etiam in adam omnes peccauerunt: sed non christus. Unde Augustin⁹ super Genesim: Sicut adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerūt: sic abraam dante decimas qui in lumbis eius erāt decimati sunt. Sed hoc non sequit in christo licz ⁊ in lumbis ade ⁊ abrae fuerit: qui non fm concupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo leui ⁊ christus fm carnem essent in lumbis abrae quādo decimatus est: ideo pariter decimati non sunt: quia fm aliquē modum non erat ibi christus quo erat ibi leui. Secundū quippe rationem seminalem illam ibi fuit leui: qua ratione per concubituz venturus erat in matrem. fm quam rationem nō erat ibi christi caro: quamuis fm ipsam ibi fuerat marie caro. Ille ergo decimatus est in abraam qui sic fuit in lumbis abrae: sicut ille fuit in lumbis patris sui id est qui sic est nat⁹ de patre abraam sicut ille de suo p̄nat⁹ est. s. p legē carnis: ⁊ inuisibilē ꝓcupiscentiā.

¶ Qua ratiōe christi caro dicta est in scriptura nō fuisse peccatrix: sed similis quo aperitur quare obligata peccato non fuerit in christo.

Quocirca primitiam nostre masse recte dicitur assumpsisse christus: quia non carnē peccati: sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filium suum: vt ait Apostolus in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim verbum carnem peccatrici similem in pena ⁊ non in culpa: ⁊ ideo non peccatricem. Cetera vero hominum caro omnis peccati caro est. sola illius non est caro peccati: quia non eum mater concupiscentia: sed gratia concepit. habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem ⁊ mortalitatem: quia esurijt ⁊ sitijt: ⁊ huiusmodi. Licz ergo eadem caro sit eius que ad nostra: non tamen illa facta est in vtero sicut nostra. Est enim sanctificata in vtero: ⁊ nata sine peccato: ⁊ nec ipse in ila vnq̄z peccauit. In pena ergo similis est nostre: non inqualitate peccati: quia pollutionem que ex concupiscentie motu concepta est omnino non habuit: nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo ad corpus immaculatuz quod p̄eter libidinis concupiscentiā conceptum fuit. nec illud in se habuit vitiuz quod in alijs est causa peccati: nec in eo peccauit. Ideoq̄z vere dicitur verbi caro nō fuisse in xp̄o obligata peccato.

¶ Quiddam videtur aduersari illi sententie qua dictum est carnem christi non prius conceptam q̄z assumptam.

Illi autem sententie qua supra dixim⁹ carnem verbi nō ante fuisse conceptam q̄z assumptam videtur obuiare quod Augusti⁹ ait super Joannem: vbi legitur Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est hoc templuz: ⁊ in tribus diebus excitabis illud. Vic inquit numer⁹ perfectioni dominici corporis cōuenit: quia vt dicunt phisici tot diebus forma humani corporis perficitur. Horum occasione verborum quidam dicere p̄sumpserunt domini corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam: ⁊ membrorum liniamētis distinctam: ⁊ mox verbum dei sibi vnisse carnem ⁊ animam. ⁊ hoc modo dicunt illum numerum perfectioni dominici corporis cōuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit: ex qua sana verbi intelligentia oritur. Nō enī ideo illud dicit Aug. quin mox vt caro illa opere spiritussancti sanctificata: ⁊ reliqua separata fuit verbo dei cum anima vnitur: vt perfectus ⁊ verus deus esset perfectus ⁊ verus homo. sed quia membrorū illius dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis et vnionis dei ⁊ hois adeo tenuis erat ⁊ parua vt humano visui vix posset subijci. Diebus autem illis quos memorat Augustinus perfecta est ⁊ notabilis facta. Incarnatū est igitur verbum: vt ait Joannes damasce. ⁊ a p̄pria incorruptiblitate non excessit: ⁊ totum incarnatum est: ⁊ totum est incircūscriptum. minoratur corporaliter ⁊ contrahitur: ⁊ diuine est incircumscriptum non coextensa carne eius cum incircumscripta diuinitate. In omnib⁹ igitur ⁊ super omnia erat: ⁊ in vtero sancte genitricis existebat. Sed in ipso actu incarnationis.

¶ Ostenso quid filius dei in humana natura ⁊ quo ordine assumpserit. hic ostendit quale fit quod assumptuz est. Et diuiditur in duas partes. in prima parte determinat veritatem. in secunda mouet quasdam dubitatiões circa veritatem determinatam ibi. Cum autē illa caro cuius. Prima diuiditur in duas partes. in prima determinat conditionem carnis assumpte que fuit in ea per operationē spiritussancti. in secūda determinat conditionē matris de qua assumpta est ibi: Mariam quoq; totaz. Circa primū duo facit. primo mouet questionem. secundo determinat eam ibi: Sane dici potest. ¶ Mariam quoq; totam. hic ostendit conditionē matris. Et circa hoc tria facit. primo determinat conditionem eius ante conceptionem carnis assumpte. secundo conditionem ipsius in ipsa conceptione ibi. Potentiam quoq; generandi. tertio conditionem eiꝰ post conceptionem ibi. Q; autem sacra virgo. Circa secundum duo facit. primo determinat quid collatuz fuerit beate virgini in conceptione saluatoris. secūdo ex dictis quandam conclusionem elicit ibi. Ex his perspicuum fit. ¶ Dic est triplex questio. prima de sanctificatione beate virginis. secunda de potentia generatiua qua saluatorē concepit. tertia de annunciatione que per angelum facta est. De conditione enim carnis assumpte in sequēti parte distinctionis queretur.

¶ Questio prima

Circa primum queruntur duo primo de tempore sanctificationis. secundo de effectu ipsius: de sanctificatione enim aliozū questio pertinet ad quartum libzum. dis. vj.

AD primum sic proceditur. videtur q̄ beata virgo sanctificata fuerit antequā conceptio carnis eius finiretur. Sicut enim dicit Apostolus Roma. xj. Si radix sancta ⁊ rami: sed parentes comparantur ad prolem conceptam sicut radix ad ramos: ergo sanctificatis parentibus virginis: sanctificatio ad ipsam peruenisset: sed si in parentibus sanctificata esset: sanctificatio conceptionez eius precessisset: cum ergo credendum sit ei collatum esse quicquid conferri potuit videtur q̄ ante conceptionē sanctificata fit. ¶ P̄ bonum est efficacius ad agendum q̄z malum: cum maluz non agat nisi in virtute boni: vt dicit Dionysius. iiij. capi. de diui. nomi. sed per peccatum primi parentis infectio originalis peccati in omnes homines pertranfit: ergo multo fortius per sanctificationem parentum beata virgo sanctificari potuit: ⁊ sic idez quod prius. ¶ P̄ id quod est meritozium gratie: sanctificationi non repugnat: sed actus matrimonialis meritozius esse potest: ergo in ipso concubitu matrimoniali parentum beate virginis ipsa sanctificari potuit. ¶ Sed contra. quod non est non potest sanctificari: sed beata virgo non fuit antequā conciperetur in vtero matris sue: ergo non potuit ante conceptionem sanctificari. ¶ P̄ vnigenito dei filio singularis conceptio ⁊ partus debebatur: sed christi conceptio ex virgine matre fuit sine cōmixtione viri: ergo non decuit vt mater eius conciperetur nisi per sexuum cōmixtionem: sed postlatum nature corrupte non potuit esse cōmixtio sexuum sine libidine: cuz ergo libido illa que est filia peccati ex peccato primozum parentum prouueniens sit causa originalis peccati in prole: vt Augustinꝰ dicit: videtur q̄ non potuit beata virgo sanctificari nisi post conceptionem. ¶ Ulterius videtur q̄ ante animationem sanctificata fuerit. Ambrosius enim dicit Luce p̄mo. de Joāne baptista nonduz illi inerat spiritus vite: ⁊ iam inerat spiritus gratie: sed spiritus vite anima est: ergo in Joāne baptista gratia animā preuenit: sed quod Joāni baptiste concessum est: dubitari non debet beate virgini concessum eē: ergo ⁊ ipsa ante animationem sanctificata fuit. ¶ P̄ Jere. primo dicitur Antequā te formarem in vtero noui te: nec loquitur ibi de noticia qua bonos ⁊ malos cognoscit: quia per hoc nulla prerogatiua ostēderetur ipsius Jeremias ad quem dicta verba proferuntur: ergo oportet intelligi de noticia approbationis: sed hec noticia est solum bonozum ⁊ habentiū gratiam: ergo Jeremias antequā formaret gratiaz habuit ergo ⁊ antequā animaret: quia anima non infunditur nisi formato puerperio: ergo multo amplius ante animationem beata virgo sanctificata fuit. ¶ P̄ Ansel. in li. de conceptu virginali dicit: decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret que ea puritate niteret qua maior sub deo nequit intelligi: sed maior puritas fuisset in ea si anima eius nūquā infectionem peccati originalis habuisset q̄z si ad aliquod tempus habuerit: ⁊ postmodum mundata fuerit: ergo anima illa nunquā originali peccato infecta fuit: aut igitur caro sanctificata fuit ante animationem: vel saltem in ipso instanti infusionis anima gratiam suscepit per quam immunis a peccato originali esset. ¶ Sed contra. in partibus hominis est talis ordo q̄ anima est deo propinquior q̄z corpus: sed virtus alicuius agentis prius peruenit ad ea que sunt sibi propinquiora: et per ea ad magis distantia: ergo gratia sanctificationis a deo venit ad corpus per animam: ergo antequam animaretur: sanctificari non potuit. ¶ P̄ contraria nata sunt fieri circa idem: sed gratia sanctificationis precipue originali peccato opponitur: cum ergo ante animationem in prole peccatum originale esse non possit: quia proprium subiectuz culpe est anima rationalis: videtur q̄ ante animationem: beata virgo sanctificata non fuerit. ¶ Ulterius videt q̄ nec etiā ante natiuitatem ex vtero: sicut enim dicit Augustinus ad Pardañ. sanctificatio qua singuli efficimur templum dei non nisi renatozum est: nemo autem renascitur nisi prius nascatur: ergo nullus habet gratiam antequā nascatur: sed sanctificatio est effectus gratie: ergo beata virgo in vtero matris sanctificata non fuit. ¶ Si dicatur q̄ est duplex natiuitas: scilicet natiuitas in vtero que conceptio dicitur ⁊ natiuitas ex vtero que communiter natiuitas nominatur: et beate virginis regenerationez sanctificationis precessit natiuitas in vtero: sed non natiuitas ex vtero. ¶ Contra dominus Johs. iij. generationem spiritualez que est ex aqua ⁊ spiritu vocat secundam dicens oportet vos nasci denuo sed si due natiuitates carnales precessissent spiritualis nō diceretur secunda: sed tertia: ergo nō est duplex natiuitas vt dictum est. ¶ P̄ beatus Jeronymꝰ dicit: Non mihi credas si tibi aliquid dixero quod ex veteri vel nouo testamēto haberi non possit: sed de sanctificatione beate virginis in vtero nihil dicitur in veteri vel nouo testamento: ergo non est credenduz eam in vtero sanctificatā fuisse. ¶ Sed contra ecclesia non solemnizat nisi pro aliquo sancto: solemnisat autem natiuitatem beate virginis: ergo beata virgo sancta nata fuit: ergo antequā ex vtero nasceretur sanctificata fuit. ¶ P̄ Luce primo de Joāne baptista dicitur spiritussancto replebit adhuc ex vtero matris sue: ſz plus gratie collatum est beate virgini q̄z alicui sanctozum: vt in littera ex verbis Augusti. dicitur. ergo beata virgo adhuc in vtero matris spiritussancto repleta fuit ergo et sanctificata ¶ R̄° dicendum q̄ sicut dicit Dionysius. xij. ca. de di. no. sanctitas est ab omni immūdicia libera ⁊ perfecta ⁊ immaculata mūdicia. vnde cum sanctificari sit sanctū fieri: oportet q̄ sanctificatio emundationē ab immūdicia spirituali ponat prout nunc de sanctificatione loquimur: emūdatio aūt a spirituali macula scilicet culpa sine gratia esse nō potest: sicut ⁊ tenebza non nisi per lucem fugatur. vnde sanctificatio tātū ad eos pertinet qui gratie capaces sunt: ⁊ quia proprium subiectum gratie est rationalis natura: ideo ante infusionē anime rationalis beata virgo sanctificari non potuit ⁊c. ¶ Ad primā ergo questionē dicendū q̄ nullo mō in parētibꝰ sanctificari potuit: neq; etiā in ipso actu cōceptionis eiꝰ. Cōditio enī spūalis personalis a parētibꝰ in prolē nō trāsit: nisi sit ad naturā corpalē ptinēs vt grāma-

tica patris in filium non transit: quia perfectio personalis est. vnde ꝛ sanctificatio parentum in beatam virginē trāsfundi non potuit nisi curatum esset in eis non solum id qō persone est: sed etiam id quod est nature inquantū huiusmodi: quod quidem deus facere potuit: sed nō decuit. perfecta enī nature curatio ad pfectionē glorie pertinet: ꝛ ideo sic in statu vie parentes eius curati non fuerunt: vt prolem suam sine originali peccato concipere possent: ꝛ ideo beata virgo in peccato originali fuit concepta: propter qō beat⁹ Bernar. ad Lugō. scribit conceptionē illius celebrandam non esse quānis in quibusdam ecclesijs ex deuotione celebretur nō considerando conceptionē: sed potius sanctificationem que quādo determinate fuerit incertuz est. ¶ Ad primum ergo dicendū ꝙ si radix est sancta ſm id quod est radix: ꝛ rami sunt sancti: quia nō potest arbor bona fructꝰ malos facere. Matth. vij. vnde apostolus vult ibi probare ꝙ si antiqui patres sancti fuerunt per fidē ꝛ spem populus ex eis ſm carnem descendens: sanctus erit quādo corda filiorum cōuertentur ad patres parentes autē beate virginis radix eius fuerunt per actū nature: propagationi deseruientem: vnde nisi natura in eis sanctificata fuisset: non potuit ex eis sancta proles concipi: sed vitiata propter vitium nature in eis remanens: nō autem fuit in eis natura sanctificata. ¶ Ad secūdū dicēdū ꝙ gratia sanctificās nō nino directe opponitur peccato originali: sed solum prout peccatū originale personam inficit. Est enim gratia perfectio personalis: peccatuz vero originale directe est vitium nature: ꝛ ideo non oportet ꝙ gratia sanctificans a parentibus traducatur: si peccatum originale traducat: sicut ꝛ originalis iusticia cui directe opponit traducta fuisset. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ cōcubitus quo beata virgo concepta fuit: meritorius creditur: non per gratiam omnino purgantem naturam: sed per gratiā perficientē personas parentuz ꝛ ideo nō oportuit ꝙ in prole cōcepta statim sanctitas eēt non propter repugnantiā actus matrimonij ad sanctitatez sed propter repugnantiā vicij nature nondū curati. ¶ Ad secundā questionem dicendū ꝙ sanctificatio beate virginis non potuit esse decenter ante infusionem anime: quia gratie capax nondū erat: sed nec etiam in ipso instanti infusionis: vt scilicet per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur ne culpaz originalē incurreret. Christus enim hoc singulariter in humano genere habet vt redēptione nō egeat: quia caput nostrum est: sed omnibus conuenit redemi per ipsum: hoc autem esse non posset si alia anima inueniretur que nunq̄z originali macula fuisset infecta: ꝛ ideo nec beate virgini: nec alicui p̄ter christū hoc concessum est. ¶ Ad primum ergo dicendū ꝙ hec verba de Joanne baptista dicuntur pro tēpore illo quādo ad ingressum matris dei exultauit in vtero quod fuit in sexto mēse a cōceptione eius vt verba angeli ostendunt Luce. j. vnde constat ꝙ tunc animam rationalē habebat: ꝛ ideo vel per spiritum vite non intelligitur anima rationalis: sed respiratio exteriozis aeris vel dicitur spirit⁹ vite si de anima intelligatur nondum in esse: quia nondū manifestabatur per modū quo dicuntur res fieri quando innotescūt. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ loquitur de noticia approbationis que quānis sit tantum habentiū gratiam: nō tamen est eorum solū quando gratiā habent: sed ab eterno. vnde talis noticia potuit esse Jere. ante eius formationem: non tamē sanctificatio que tamen esse potuit ante egressionē ex vtero: ꝛ ideo tempus noticie ꝛ sanctificationis distinguit dominꝰ dicens: priusq̄z te formarē in vtero noui te: ꝛ anteq̄z exires de ven. san. te. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ hec puritas soli homini deo debebat vt ipse quasi vnicus redemptor humani generis: nulla peccati seruitute teneret: cui competebat omnes a peccato redimere. vnde nō hanc puritatem: sed sub hac maxima virgo mater eius habere debuit. ¶ Ad tertiam questionem dicendum ꝙ beata virgo ante natiuitatem ex vtero sanctificata fuit quod colligi potest ex hoc ꝙ ipsa super omnes alios sanctos a peccato purior fuit: vt ex hac littera habet: veluti diuine sapientie mater electa in quaz nihil coinquinatum incurrit: vt dicitur Sapientie. vij. vnde cum hec puritas in quibusdam fuisse inueniatur vt ante natiuitatez ex vtero a peccato mundarentur: sicut de Joanne baptista de quo legitur Luce .j. Spiritusancto replebit adhuc ex vtero matris sue: ꝛ de Jeremie de quo dicitur Jere. j. priusq̄z exi. de ven. sancti. te. non est dubitandum hoc multo excelentius matri dei collatum fuisse. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ verbum Augusti. intelligendum est de regeneratione que fit per legem cōmunem: quod notatur in hoc ꝙ dicit qua singuli efficimur templum dei. hec enim sanctificatio fit per sacramenta que per ministros ecclesie dispensantur: quoz̄ operationi qui in maternis vteris sunt subiacere non possunt: sed deus sacramētis gratiam nō alligauit. vnde preter hūc modū in maternis vteris aliquos quodam priuilegio sanctificat. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ si regeneratio que est per legem cōmunē sumatur: oportet verbū domini quod dicitur Joannis. iij. Nisi quis renatus fuerit ꝛc. intelligi de natiuitate ex vtero que simpliciter natiuitas dicitur. ꝛ hoc ipse textus sonare videtur: cū dicit ex aqua ꝛ spiritu: si autez sumatur pro quacūq̄z regeneratione gratie: sic oportet intelligi de natiuitate in vtero non tamen oportz ꝙ regeneratio spiritualis que est per sacramenta secunda dici non possit: quia ille due in vno conueniunt ſm ꝙ contra tertiam diuidunt. vtraq̄z enim illarum naturalis est: hec vero spiritualis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ quāuis sanctificatio beate virginis in vtero expressa in scriptura veteris ꝛ noui testamēti non legatur: tamen pro certo haberi potest ex his que ibi leguntur: si enī Joannes ꝛ Jeremias qui christū pronunciauerint sancti ficati sunt: multo magis virgo que christum genuit.

Ad secundum sic proceditur. videtur ꝙ per sanctificationem in vtero: dei genitrix a peccato originali totaliter mundata non sit: remota enim macula: reatus remanere non potest: sed post sanctificationem originalis peccati adhuc reatus mansit in ea: quia si ante mortem christi defuncta fuisset diuina visione caruisset: ergo per sanctificationem a macula originali liberata non fuit. ¶ p Nihil quod ad virtutem promouet ei subtrahendū fuit: cui virtutis perfectio debebatur: sed fomes ad virtutem promouet. vnde ꝛ paulo petenti a se carnis stimulum amoueri dictuz est: virtus in infirmitate perficitur: prima Chozin. xij. ergo cuz matrem dei summa virtutis perfectio deceret: fomes ab ea per sanctificationem remoueri nō debuit. ¶ p In littera Magister dicit ꝙ caro christi antequā cōciperet obnoxia fuit peccato: sicut ꝛ reliq̄ caro virginis: ſz caro nō est pctō obnoxia nisi rōne fomitis: ergo p sanctificationem in vtero fomes ab eo remotus non fuit. ¶ Sed contra beate virgini: aliquid vltra legem communem conferendum fuit: sed sanctificatio que fit per legem communē aufert culpe maculam fomite remanente: ergo in beata virgine fomitem ex toto remouit. ¶ p corruptio fomitis est causa quare dicere non possumus: peccatū non habemus: hoc enim adam in primo statu dicere potuit: ſz vt ex littera habetur beata virgo hoc dicere potuit: ergo in ipsa fomes non fuit. ¶ Alterius videtur ꝙ per sanctificationem in vtero in ymunitatem a peccato actuali consecuta non fit: sicut enī dicit Augu. in libro de. q. vete. ꝛ no. testamen. Maria per quam gestum est mysteriū incarnationis saluatoris: in morte domini dubitauit: non tamen in dubitatione permansit: sed dubitatio de fide peccatum est ergo non fuit a peccato omnino ymunis. ¶ p Ambro. dicit super illud Luce primo. spiritussanctus superueniet in te spiritussanct⁹ in virginē superueniēs mentē ipsi⁹ ab oī sorde viciorū castigauit ſz sordes viciox̄ ex pctō cōsequūt̄ erde beata virgo post primaz sanctificationē peccauit. ¶ p

Aug⁹. dicit in lib. de perfectione iusticie: esse sine peccato de solo vnigenito in hac vita dici pōt: ergo de btā virgine dici non potest. ¶ Sed contra Ber. in epistola ad Lugd. dicit puto q̄ copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit que nō solum ortū eius sanctificauit: ſz eam ab omni peccato deinceps custodiuit īmunez: ergo per primam sanctificationē īmunitatē ab omni pctō cōsecuta est. ¶ P̄ Sapiētie p̄mo dicit. in malivolā animam nō introibit sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis: ſz dei sapientia nō solum animā virginis intrauit: sicut z de ceteris dicit Sap. vii. In animas sanctas se transfert: sed z corpus eius inhabitauit carnē de ea assumens: ergo in ea nullum peccatū fuit: quod colligi potest ex eo qō dicit Canti. iiij. Tota pulchra es amica mea z macula nō est in te. ¶ Ulterius videt q̄ per secūdā sanctificationē que in cōceptione saluatoris fuit cōfirmationē in bono cōsecuta nō fit: qō enim quis iam habet adipisci vlteri⁹ nō potest: sed si beata virgo ex p̄ma sanctificatione īmunitatem a peccato habuit ex tunc cōfirmata fuit: nō enim certitudo impeccabilitatis habet nisi per iusticiā confirmatā: ergo per secūdā sanctificationē: confirmationē gratie adepta nō est. ¶ P̄ in nullo qui purus viator fuerit liberū arbitriū cōfirmatū ad iusticiam cōprobari potest: potētia enim peccādi z potētia moriendi ex eodem passu currere videnť vt nō prius tollatur potentia peccādi q̄m potētia moriendi: ſz beata virgo etiam post q̄m saluatorē concepit ante mortem suam pura viatrix fuit: ergo in ea cōfirmatio iusticie nō fuit. ¶ Itē videt q̄ nec tūc penit⁹ a fomite liberata fuerit: est enim vn⁹ effectus fomitis vt infecti fomite originalem culpā in prolē generādo trāffundant: sed si per impossibile ponat beatā virginē aliū post xp̄m ex carnali copula generasse pctm̄ originale ī illū trāffudisset: g̃ in ea aliquo mō post secūdā scificationē fomes remāsit: ſz cōfirmatio vni⁹ oppositor nō pōt cōtingere q̄diu aliq̄d de opposito remanet: g̃ btā virgo cōfirmata nō fuit per secundā sanctificationē. ¶ Sz cōtra Amb. dic̄ in lib. de vir. beate virginis: impossibile fuit vterū virginis quē dei filius inhabitādo consecrauit aliene copule coitu incestari: sed eadē ratione: nec aliud peccatum in ea esse potuit: ergo cōfirmata fuit. ¶ P̄ vbi est plenitudo lucis: babilitas ad tenebras nō remanet: sed in conceptione christi beata virgo tota lumine plena fuit cōcipiens illum qui est splendor glorie patris. Deb. j. vnde dicit Ezech. xliij. Ingressa est gloria dñi templū: z resplenduit: ergo post illam sanctificationē cōfirmata fuit. ¶ R⁰ ad primā questionē dicendū q̄ duplex sanctificatio beate virginis esse dinoscitur. prima qua in vtero sanctificata fuit. secūda in cōceptione saluatoris: z quia sanctificatio emundationē a culpa dicit que sine gratia esse nō potest: gratie autē est firmitatem quandā facere: ideo effectus sanctificatiōis in generali est duplex scilicet emūdare z confirmare: si quantū ad vtrūq̄ secunda sanctificatio perfecit primā. in prima enī fm q̄ ab omnib⁹ cōmuniter tenet a peccato originali quantum ad maculā z reatū purgata fuit: ſz emūdatione ei⁹ a fomite diuersimode opinant. quidā enim dicunt q̄ per primaz sanctificationē fomes ex toto sublatus est. Cui cōtradicit qō in littera ex verbis. Damasce. dicit q̄ in secūda sanctificatione superuenit in eam spiritus sanct⁹ eam purgans qō nō potest intelligi nisi de purgatione a fomite: quia peccatum actuale nō cōmiserat: vt dicit Aug⁹. ¶ Et ideo alij dicunt q̄ quantū ad aliquid purgata fuit a fomite in prima sanctificatione z quantū ad aliquid fomes remāsit: quod etiam diuersimode distinguit. quidā enim dicunt q̄ subtractus fuit inquantū est inclinans ad malū: remansit autē inquantum difficultatez est prebens ad bonū quos duos fomitis effect⁹ apostolus notat Roma. vij. dicens: nō enim quod volo bonū hoc ago: sed quod odi malū hoc facio. ¶ Hoc autem nō videt posse stare: quia scōm idem ex quo est pronitas ad vnum cōtrariorum est difficultas ad alterum siue fit habitus aut forma aliqua: sicut grauitas trahit deorsuz z causat difficultatem in ascensu: siue etiaz sit priuatio siue defectus. Sicut debilitas virtutis motiue facit promitatez ad casum z difficultatē in progressu: vnde nō pōt esse vt fomes tollatur fm q̄ inclinat ad maluz: z remanet fm q̄ causat difficultatem ad bonuz. ¶ Et ideo alij dicunt q̄ fomes est corruptio persone: inquantum impellit ad malum: z inquantū facit difficultatem ad bonū: z sic penitus in prima sanctificatione subtractus est a beata virgine. Est etiā corruptio nature: ratione cuius infectio originalis per actum nature in prolem transit: z sic remansit post primaz sanctificationem: sic tamen ab eo purgata est in secunda: vt prolez sine omni originali peccato cōciperet: hoc etiam nō videt esse conueniens: quia sicut dictū est in. ij. lib. corruptio originalis quantū ad id qō culpe est transit in prolem a patre quantum vero ad id qō tantuz pene est: sicut sunt corporis passibilitates transit in prolem a matre que materiam ministrat. vnde non videt esse causa quare christus concept⁹ sit sine originali purgatio matris a fomite fm q̄ inficit naturaz eius: sed magis quia sine virili copula natus est quā causam. Anſel. assignat in libro de conceptu virginali: defectus autem penales non necessitate: sed voluntate assumpsit. ¶ Et P̄ cum idem fomes sit per essentiā qui est nature z persone corruptio si remanet inquantuz est corruptio nature: nō potest essentialiter tolli fomes personā corrumpens. vnde relinquitur vt alij dicunt q̄ fomes per essentiā post primā sanctificationē remanserit: sed impedit⁹ est per gratiam sanctificantem ne in peccatum inclinaret aut a bono retraberet: cōtingit enim habitum aliquando ligari ne in actum exire possit: sicut scientia per ebrietatem: vt dicit philosophus in. vij. Ethi. in secūda vera sanctificatione essentialiter fomes ille subtractus est. ¶ Ad primū ergo dicenduz q̄ si beata virgo ante passionē christi defuncta fuisset ad dei visionem non admitteretur: sicut nec alij anti qui patres: quāuis enim in eis remotus esset reatus ad personam pertinēs remanebat tamen reatus nature qui per passionem christi sublatus est. ¶ Ad secunduz dicendū q̄ fomes non per se promouet in bonū sed per accidens inquātum est in natura corrupta: ex hoc enim q̄ inclinat ad malum que quidem inclinatio persone paruū malum est: occasionem prebet vitandi maximū malum scilicet superbiā si tamen hoc malum aliter vitaretur simpliciter meli⁹ esset fomitem non esse: sicut comestio serpentis per accidens iuuat inquantuz aliquem a lepra liberat cuius tamen comestio homini sano simpliciter vitanda est: z ideo beate virgini que simpliciter sanata fuit a peccato: fomes ad perfectionem virtutis nō contulisset si ad malum eam inclinasset. ¶ Ad tertium dicendū q̄ caro virginis ante conceptionem dicitur fuisse peccato obnoxia propter fomitem qui essentialiter remanebat quāuis impeditus esset vt dictum est. ¶ Ad quartum dicendū q̄ illa sanctificatio beate virginis excellentior fuit sanctificationibus aliorum: quod sic patet: in sanctificatione enim que fit per legem communem in sacramētis tollitur culpa: sed remanet fomes inclinans ad peccatuz mortale z veniale: sed in sanctificatis ex vtero non manet fomes fm q̄ inclinās est ad mortale: sed tamen remanet inclinatio fomitis ad venialia: vt patet in Iero. z Joanne baptista: qui peccatum actuale habuerunt non mortale sed veniale: sed in beata virgine inclinatio fomitis omnino sublata fuit: z quantum ad veniale z quantum ad mortale: z quod plus ē vt dicit gratia sanctificationis non tantū repressit in ipsa motus illicitos: sed etiam in alijs efficaciam habuit: ita vt quātis esset pulchra corpore a nullo vnq̄ concupiscī potuit. ¶ Ad quintuz dicendū q̄ necessitas peccandi saltem venialiter prouenit in nobis ex inclinatione fomitis que in beata virgine non fuit fomite ligato: vt dictum est. ¶ Ad secundam questionez dicendum est q̄ sicut in prima sanctificatione fuit quedam

inchoatio emunt actionis:remoto pctō originali quātum ad culpā ⁊ ligato fomite: ita etiā fuit quedā inchoatio cōfirmatiōis:qz per gratiam sanctificantē īmunitatē a pecca to deinceps cōsecuta est: que quidē īmunitas a tribus cau sabaf:scilicet ex ligatione fomitis qui ad malū non incita bat ex inclinatione gratie que in bonū ordinabat: quāuis nondū per eā liberū arbitriū esset in fine vltimo stabilitus ficut est in beatis qui ad finē vie peruenerūt: ⁊ iterū ex con sertiatione diuine ꝓuidētie que eā intactam custodiuit ab omni peccato: ficut ⁊ in ꝑmo statu hoīem ab omni nociuo ꝓteriſſet. ¶ Ad ꝑimū ergo contra hoc obiectū dicendum q̄ dubitatio que sonat in infirmitatē fidei fine pctō esse nō potest:nec talis dubitatio in beata virgine fuit in tempore passionis:sed in ea remansit fides firmissima: etiā apostolis dubitantib⁹:sed fuit in ea quedā dubitatio admiratio nis:dū cōsiderabat eum quē tam digne genuerat: sic igno minioſe tractari. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ sordes vitiorum a quib⁹ in cōceptione saluatoris beata virgo castificata di citur:nō fuerūt aliqua peccata venialia: ſz reliquie quedaz originalis peccati:ſicut recedente habitu adhuc aliquæ di ſpositiones manēt. ¶ Vel dicendū q̄ castificatio a sordi bus viciorū nō intelligitur remotio existentiū:sed impedi mentū futurarū sordiū. ¶ Ad tertium dicendū q̄ esse sine peccato dicit esse ꝓpriū christo: quia ipse nūq̄:nec actuali nec originali macula infectus est:sed virgo mater eius fuit quidē peccato originali infecta a quo emūdata fuit anteq̄ ex vtero nasceref: ſz a peccato actuali omnino īmunis fuit ¶ Alia duo concedim⁹. ¶ Ad tertiam questionē dicēdū q̄ in secūda sanctificatione ⁊ emundatio ⁊ confirmatio in bono quodāmodo cōsumata est ſm perfectionem vie:sed in assumptione eius glorioſa cōsummata est ſm perfectio nem patrie:quod sic patz. In ꝑima enī sanctificatiōe abla ta fuit inclinatio fomitis remanēte essentia eius. In secun da vero fuit extinct⁹:ipse fomes per essentiā remanētibus adhuc penalitatib⁹ ex peccato causatis a quib⁹ plene libe rata fuit per gloriā assumptionis similiter etiā est ex parte altera.in ꝑima sanctificatione gratia collata fuit ad bonū efficaciter liberū arbi.inclinans q̄uis nō esset sufficiēs ad tollendū flexibilitatē liberi arbi. in malū: quā etiaz homo in ꝑmo statu habuit.in secunda vero sanctificatione gratia superaddita fuit que ita potentiā libe. arbi. impleret vt in contrariū flecti nō posset:nō quidē tollendo naturā libero arbitrio:sed defectū:ſicut materia celi ex eo q̄ ſubſiſtat for me que omnē ꝑriuationē ab ea excludit nō est in potentia ad corruptionē: sed in tertia exaltatione ei⁹ per gratiā per fectam in gloriā transeuntē:fini cōiuncta est: ex quo perfe cta īmobilitas causaf. ¶ Ad ꝑimū ergo contra hoc obie ctum dicendū q̄ in ꝑima sanctificatione cōsecuta est īmu nitatem a peccato:nō per gratiam cōfirmantē:sed per liga tionē fomitis ad malū inclinantis: ⁊ per custodiaz diuine ꝓuidentie fine qua etiam fomite omnino extincto peccare potuisset: ſicut ⁊ adam peccauit nisi esset in ea gratia con sumata. ¶ Ad secundū dicendum q̄ potentia peccandi au fertur dupliciter vel per hoc q̄ li.ar. vltimo fini coniungit qui ipſum superimplet vt null⁹ defectus in eo remaneat:et hoc fit per gloriaz.vnde in nullo puro viatore: ſic peccandi potentia soluit vt cū absolutione potentie peccandi tollit potētia moriendi nisi in xpō in quo dispensatiue remansit ad opus redēptionis complendū. alio mō auferē per hoc q̄ gratia tanta infundit que omnē defectum tollat: ⁊ sic in beata virgine q̄ cōcepit dei filiū ablata est peccādi poten tia q̄uis in statu vie ipsa virgo remaneret. ¶ Ad tertiū di cendū q̄ si per impossibile ponaf beatā virginē post secū dā sanctificationē aliū filiū ex carnali copula cōcepisse ille fili⁹ peccatū originale habuisset nō ex parte matris: sed ex parte patris.si vero ponaf illum patrē pari modo sanctifi catum fuisse ſicut beata virgo in sanctificatione secūda ille filius peccatū originale nō habuisset. ¶ Vel dicendū ſm aliā opinionē q̄ neq̄ in secūda sanctificatiōe fomes remo tus fuit a btā virgine ſm q̄ est infectio nature:neq̄ hoc ꝓ hibet ꝛfirmationē ei⁹ in bono:fomes enī cōfirmationi op ponit ſm q̄ ē vitiū ꝑsone ad ꝛcupiſcētiā actualē inclinās.

¶ Questio secunda.

Deinde queritf de potentia generatiua btē virginis ⁊ circa hoc querūf duo.primo vtrū aliquid ad xpi cōceptionē actiue operata sit. secūdo vtrum gene ratio filij ex ea sit naturalis vel miraculoſa.

Ad ꝑmū sic ꝓcedit.videf q̄ btā virgo aliquid acti ue in cōceptione xpi cooperata sit: potentia enim pure passiua est receptiua tātū. sed Damasce.dicit vt in littera habef q̄ nō tm dedit ſpūſsanctus virgini potē tiam receptiuā verbi:sed simul etiā generatiuā:ergo opoz tet q̄ per potentiā generatiuā intelligaf virtus actiua ipſi⁹ ⁊ ita in ꝛceptione xpi aliquid actiue operata est. ¶ ꝓ hoc q̄ dicit Luce.j.virtus altiſſimi obumbrabit tibi intelligi tur quantū ad collationē alicui⁹ virtutis supra eam quam naturaliter habebat:sed beata virgo naturaliter habuit ſi cut ⁊ alie virgines potentiā generandi per modū passiōis seu receptionis:ergo potentia quā sibi Damasce. per spiri tumsanctū dicit ꝓparatā est potentia actiua: ⁊ sic idē qō ꝑius. ¶ ꝓ dicit Augu. Christus ſm hoc est filius matris qō accepit a matre: sed dicit filius matris ſm humanam naturā:ergo humanā naturā accepit a matre: ⁊ sic btā vir go aliquid in cōceptiōe operata est. ¶ ꝓ beata virgo fuit vera mater xpi: sed nō esset vera mater eius: ſi tantū mate riam ministrasset:nō enim dicit terra ꝓprie mater homi nis q̄uis limus vnde formaf homo de terra sumptus sit: nec similiter dici pōt lignū mater scamni: eo q̄ de eo sit: er go beata virgo nō tantū ministrauit materiā ad conceptio nē xpi:sed aliquid actiue fecit. ¶ ꝓ cōmen.in.ij.de anima ponit hanc distinctionē potentiarū anime:q̄ potentie nu tritiue partis oēs sunt actiue:potētie sensitiue oēs sunt pas siue. Intellectu aūt est aliquid actiuū vt intellect⁹ agens:et aliquid passiuū vt intellectus possibilis: sed potētia gene ratiua ad vegitabilē animā pertinet:vnde etiā plātis inest ergo est potētia actiua: cū ergo per potentiā generatiuam mater filiū cōcipiat videf q̄ aliquid actiue in cōceptione agat: ⁊ sic idē qō ꝑius. ¶ ꝓ motus naturalis est cui⁹ ꝑin cipiū est intra:sed generatio filij ex matre est naturalis: er go in ipsa materia quā mater ministrauit ad formationez cōceptus est ꝓincipiū aliqō actiue cooperās ad cōceptio nē: ⁊ sic idē quod ꝑius. ¶ Sed cōtra beata virgo nō fuit nisi mater xpi:sed ad matrē nō pertinet nisi ministrare ma teriā:nō aūt aliq̄d actiue operari qō est patris: ergo beata vgo nihil actiue ad cōceptionē xpi operata ē. Media ꝓo baf per hoc qō phs dic. xv. de aīalib⁹ vir dat aīam formā ⁊ ꝓincipiū mot⁹:femina dat corp⁹ ⁊ materiā:ſicut accidit in lacte coagulato qō corp⁹ exit ex lacte ⁊ coagulatio ex co agulo:⁊ post pauca subdit. Manifestū est q̄ mas est ope rans ⁊ femina patiēs:ſicut erit scamnū ex carpentario ⁊ li gno. ¶ ꝓ Aug⁹. dicit.x.super Geñ.ad lit. Xps visibilē car nis substātiā de carne vgnis assumpſit:ro vero cōceptiōis nō a virili semine: ſz lōge aliter ac desup venit: ſz virt⁹ actiua in cōceptione dicit rō cōceptionis:ergo agens in conce ptione xpi fuit tantū desup ⁊ nō in beata virgine. ¶ ꝓ An sel.dicit in li.de cōcep.vir.illud subiectū nō creata natura: nō volūtas creature: nō vlli data ptās ꝓducit aut seminat ergo in beata virgine nō fuit nāliter neq̄ dīno dono potē tia actiue corp⁹ xpi ꝓducens. ¶ ꝓ nulla virtus creata subi to operatur: ſz in cōceptione xpi simul ⁊ subito factum est quicquid ibi factū est de organisatione animatione et hu iusmodi:ergo non fuit actiue nisi per virtutem increatam. ¶ ℞ dicendū q̄ circa hoc diuersimode opinatū est: qui dam enim dicunt in conceptione christi matrez aliq̄d acti ue operatā esse:quoz q̄dā hoc ponūt fuisse per naturalem modum:quidam vero per supernaturale donū: cū enī btā

virgo vera mater xpi credaf: oportet sibi attribuere totū illud qō matris est: ad officiū aūt matris ptinere estimāt vt aliqō pncipiū actiuū ad conceptionē ministret: z nō mālē tātū: boc tñ ponit diuersimode: qdā enī ī materia quā mater ministrat ponūt eē vtutē actiuā pncipaliter: tū qz ex cōmixtione seminū conceptionē fieri ponūt. vñ fit semē viri est actiuū in generatiōe: ita z semē mulieris cuius nō fit in ea tāta efficacia ad agendū: tū etiā qz ponūt cōceptā prolē sensificari z vegetari per aīam matris: vt sic etiā pncipalior inueniat in generatiōe: mater q̄ pater: boc aūt phs reprobat in. xv. de aīalib⁹. in his enī que habēt vitā perfectā distinguunt agēs z patiēs in generatiōe ppter perfectā gnātionē in eis: in plātis aūt que imperfectā vitā habēt: est in eodē vtraq; virt⁹ actiua. s. z passiua q̄uis forte in vna planta dominet virt⁹ actiua: z in alia virtus passiua: ppter qō dicit etiā vna plāta masculina z alia femina: cū igit impossibile sit illud qō est determinatū vt patiēs habere vtutē actiuaz respectu eiusdē oportz q̄ femina nō sit agēs in cōceptiōe: sz tantū patiēs. ¶ Et ideo alij dicūt q̄ id qō mater ministrat se habet in generatione sicut materia nālis: in mā aūt nāli nō est potētia passiua tñ: alias generatio eēt violēta z non nālis: sz oportz inesse materie ipsaz formā que per gnātionē adducēda est in potētia z fm esse incōpletū: z ideo non habet perfectā vtutē ad agēdū: sz tñ imperfectā: z ideo per se nō pōt agere: nisi quodāmō excitet ab agēte exteriori: z sic ei cooperet: boc aūt nō pōt stare: qz impossibile est idē esse alterās z alteratū: vnde nō pōt esse q̄ forma que est in aliq̄ materia agat in ipsam siue fit perfecta siue imperfecta: forma enī que per se nō existit: nō agit: nec materia ppie patit: sz cōpositū agit rōne forme: z patit rōne materie: z ideo non est possibile q̄ illa forma imperfecta in agēdo cooperetur agenti exteriori. ¶ Ad. ij. Agere sequit ad esse perfectuz: cum vnūquodq; agit fm q̄ est in actu. vñ oportet q̄ forma imperfecte existēs in materia pri⁹ perficiat in esse per agēs exterius quā det sibi agere. vñ nō pōt in agendo coopari ad generationē per quā forma inesse perfectū adducit. ¶ Et. ij. si esset de necessitate matris vt actiue ad generationem operaret: beata virgo nō posset dici mater: cū enī cōceptio illa tota fit simul facta nō potuit per aliquā creatā actiuaz: virtutē fieri. vñ beata virgo non potuit actiue operari ad cōceptionē: z sic nō habuisset illud qō ad matrē pertinet. vnde nec mater eēt. Nec pōt dici q̄ cooperata sit ad introductionē forme tātū: que etiā fm naturā in instāti inducit. Inducēs formā enī est nobilius q̄z preparās materiaz per alterationē: z sic spiritui sancto attribuere id qō min⁹ est z virgini id quod dignius est. ¶ Et. iij. forma substātialis ad quā terminat cōceptio est aīa: que est act⁹ totius z omniū partiū: vnde remota ea: nec os nec caro dicit nisi equiuoce: ad aīam aūt xpi cōstat nihil actiue beatā virginē cooperatā eē. ¶ Et ideo alij dicūt q̄ btā virgo habuit aliqd plus z supernaturali virtute q̄z alie matres: materia enim que ab alijs ministrat nō potest seipsam cōplete in actum educere nisi fit agens exteri⁹: sz materia corporis xpi quaz btā vgo ministrauit boc habuit ex dono diuino vt posset seipsam formare per vtutē superadditā nature: sz non potuit in instāti boc fieri: z ideo qz decebat conceptionē in instāti esse: preuenit spūssanct⁹ subito formationē corpis xpi cōplens q̄ tñ aliter licet successiue cōpleta fuisset. ¶ Istud aūt nō videt cōueniens pmo: qz si illa virtus nō cooperata est ad formationē corporis xpi frustra collata est: qō non cōtingit in operib⁹ nature: z multomin⁹ in operib⁹ miraculosis. secūdo qz btā vgo non eligebat vt esset simul z mater xpi: sz vt eēt mater tātū. vñ nō oportebat vt in materia quā virgo ministrauit cōiungeret boc qō in alijs est ex pte patris z matris. tertio qz fm actiuā vel passiuā potentiaz generandi: nullus dicit pater vel mater: sz fm q̄ potentia in actū procedit. vnde si in materia q̄z virgo ministrauit fuit potentia actiua que exigit ad patrē z matrē sine boc q̄ virtus illa operata sit: nō diceret nec⁹ pater nec⁹ mater aūt eadem rōne pater z mater quod absurduz est: nisi forte sufficiat ad esse matrem boc solū q̄ materiā ministrauit qō nō sufficit ad esse patrē propter quod mater dicit z non pater z boc quidē videt esse fm intentionē philosophi fm quaz perfectissime saluat virginitas matris z vera maternitas. vnde z fidei maxime cōsona est. ¶ Hanc igit viā tenendo dicendū videt q̄ in cōceptiōe prolis inuenit triplex actio vna que est pncipalis scilicz formatio z organisatio corporis z respectu bui⁹ actionis agens est tantū pater: mater vero solūmodo ministrat materiā: alia actio est pcedēs hanc actionē z preparatoria ad ipsaz: cū enim generatio naturalis fit ex determinata materia eo q̄ vnusquisq; actus in ppria materia fit sicut in. ij. de aīa dicit phs. oportet vt formatio prolis fiat ex materia cōuenienti z nō ex quacunq; vnde oportet esse aliquā virtutē agentē per quā prepareť materia ad conceptū: sicut aūt dicit phs in. ij. phisicor. ars que operat formā pncipat z imperat ei que preparat materiā: sicut ars cōpaginans nauim: ei que cōplanat ligna: z ideo virt⁹ que preparat materiā ad cōceptū est imperfecta respectu ei⁹ que ex materia preparata: prolem formar. hec aūt virt⁹ preparās est matris que imperfecta est respectu virtutis actiue que est in patre. vnde dicit phs in. xv. de aīalibus q̄ mulier est sicut puer qui nōdū pōt generare. Tertia actio est cōcomitās vel sequēs actionē pncipalez: sicut enī locus facit ad bonitatē generationis: ita z bona dispositio matricis operat ad bonā dispositionē prolis quasi phbens fomentū: z boc est qō dicit Auic. in ca. de diluuijs: matrix nō facit nisi ad meliorationē cōcepti: fm boc ergo dico q̄ in pncipali actione formationis corporis xpi nihil fuit ex parte btē vginis quod esset actiuū: sz id qō beata vgo ministrauit se habuit materialiter tantū ad hanc actionez: virt⁹ aūt diuina fecit totū qō fit in alijs cōceptionib⁹ per vtutez seminis qō est a patre. z ideo Damasce. diuinā vtutē dicit quasi diuinū semē: vt in littera habet. In secūda vero z tertia actiōe beata virgo actiue operata est sicut z alie matres vnde z vere mater fuit. ¶ Ad pmū ergo dicendū q̄ in cōceptione xpi fuit duplex miraculum: vnū q̄ femina concepit deū: aliud q̄ virgo peperit filiū. quantū ergo ad pmū beata virgo se habebat ad conceptionem fm potentiā obedientie tantum: z adhuc multo remotius q̄z costa viri vt ex ea mulier formaret. In talibus aūtē simul dantur actus et potentia ad actum: fm quā dici posset q̄ boc est possibile. Sed quantū ad secundū habebat virgo potentiā passiuaz naturalē tamen que per agens naturale in actū reduci posset. vnde quantū ad pmū dicit potentiā receptiuam verbi dei: quantū vero ad secundū dicit: simul aūtē z generationem vtraq; enim potentiā in actum reduxit spiritussancti virtus. ¶ Ad secundū dicendū q̄ potentia passiua pōt accipi dupliciter vel fm substantiā potentie: z sic potentia fuerat ante in beata virgine: vel fm q̄ potentia passiua sue operationi cōiungitur: z tale posse non habet patiens nisi ab agente: sicut dicimus q̄ visibile mouendo visum dat sibi posse videre in actu: z per hunc modum potentiā generandi spūssanctus virgini dedit. ¶ Ad tertium dicēduz q̄ christus accepit humanā naturam a matre: nō tamen sicut a pncipio agente: sed sicut a materia ministrante. ¶ Ad quartum dicendū q̄ prebere materiam simpliciter ad generationem alicuius: non facit matrem: sed prebere talem materiam sic preparatā est id quod matrem facit: in ligno enim nō est potentia naturalis vt ex eo fiat scamnum: cum per agens naturale in actum non compleatur: similiter nec in limo terre vt ex ea fiat homo. vnde quod inducitur non est simile. ¶ Ad quintum dicendum q̄ potentia generatiua actiua est. sz hec potentia est perfecte in viro. vnde ei⁹ actio se extendit vsq; ad formationem generati: in femina aūt est imperfecta. vnde non extendit se eius actio nisi ad preparationem materie. ¶ Ad sextū dicēdū q̄ cuiuslibet

motus naturalis principiū est in eo qō mouet: nō tm eodē modo: vt in.2.phicoꝝ dicit Cōmentatoꝛ. In q̄busdā enim est p̄ncipiū actiuū vt in motu grauiū ꝛ leuiū. In quibusdā vero p̄ncipiū passiuū vt in generatiōe simpliciū coꝛpoꝝ vñ ꝛ phs naturā quā p̄ripituꝛ motꝰ in eo qō mouet diffinit: statim subdiuidit in materiā ꝛ formā. vñ nō opoꝛtet vt q̄ꝫ generatio perfecti aīalis sit nālis q̄ in materia quaꝛ femina ministrat sit p̄incipium actiuū: sed passiuum tātū.

AD secūdū sic p̄cedit. videt q̄ generatio xp̄i ex virgine sit naturalis. Filiatio enī natiuitatē cōsequit sꝫ xp̄s dicit naturalis filiꝰ matris: sicut ꝛ naturalis filiꝰ patris: vt dicit Augꝰ. in lib. de fi. ad pe. ergo generatione naturali nascit ex matre. ¶ Pꝫ virtꝰ naturalis passiua cōpleta ab agēte nāliter exit in suā opationē: sicut visus motꝰ a coloꝛe nāliter videt: sꝫ in beata v̄gine fuit naturalis potētia ad generādū q̄ꝫ incompleta: vt ex dictis patet: ergo postq̄ꝫ fuit perfecta v̄tute spūssancti nāliter generauit. ¶ Pꝫ illuīatiōe ceci q̄ꝫ potētia visiua miraculose det: tamē post acceptā potentiā nāliter videt: sꝫ spūssanctꝰ virgini potentiaꝫ generatiuam dedit: ergo postea nāliter generauit. ¶ Pꝫ si generatio xp̄i ex virgine esset miraculosa: sicut formatio hoīs de limo terre: tūc ita se haberet materia quam virgo ministrauit ad chriſtū: sicut limꝰ de terra sumptꝰ ad adā: sꝫ talis materia nō sufficit ad rōnē matris vt p̄ius dictū est: ergo btā virgo nō esset vera mater xp̄i: qō dicere est hereticū. ¶ Pꝫ operatio miraculosa non est ab aliq̄a creatura: sed vere dicit q̄ v̄go genuit xp̄m: ergo generatio talis nō est miraculosa. ¶ Sed contra Dio. dicit in epla. iiij. ad Gaiū. De iesu loquens: Super boīes inquit operat ea que sunt boīes: ꝛ hoc monstrat: v̄go supernaturaliter cōcipiens ꝛ aqua instabilis: materialiū ꝛ terrenoꝝ pedū sustinēs gratuitatē: sꝫ hoc qō fit supnaturaliter dicimꝰ esse miraculosuꝫ ergo cōceptio xp̄i ex v̄gine miraculosa fuit. ¶ Pꝫ Ansel. dicit in li. de cōcep. vir. spūssanctꝰ virtus altissimi de muliere v̄gine: viruꝫ virginē mirabiliter ꝓpagauit: ergo generatio xp̄i ex v̄gine miraculosa est. ¶ Pꝫ sicut est cōtra nature oꝛdinem: vt cecus videat: ita ꝛ vt virgo manēs virgo pariat: sꝫ illuminationē cecoꝝ dicimꝰ miraculosam esse: ergo ꝛ cōceptio xp̄i ex v̄gine mir aculosa est. ¶ R° dicendū q̄ ꝓter vnionē duaꝝ naturaꝝ in vnaꝫ ypostasim que cōpleta est in cōceptione xp̄i q̄ est miraculū oīuꝫ miraculoꝝ: est etiaꝫ aliud miraculū: vt virgo manēs: virgo cōcipiat hoīeꝫ deuꝫ ad hoc enim q̄ generatio aliqua nālis dicat: opoꝛtꝫ q̄ fiat ab agēte naturaliter: ꝛ ex materia nāli ad hoc ꝓportionata: quodcūq̄ aūt hoꝝ defuerit: nō pōt dici generatio naturalis: sꝫ miraculosa si virtute fiat supernaturali: agēs autē naturale cū sit finite virtutis nō pōt ex materia nō naturaliter ꝓportionata effectuꝫ ꝓducere: agens vero supnaturale cū sit infinite virtutꝫ: pōt ex vtraq̄ materia operari: naturali scilicet ꝛ nō naturali: ꝛ ideo duob⁹ modis contingit esse miraculū. vno modo q̄ñ neq̄ agēs est naturale neq̄ materia nāliter ꝓportionata ad talē formā: vt patꝫ in formatione hoīs de limo terre. alio modo q̄ñ materia est naturalis: sꝫ agēs est supnāle: vt q̄ñ aliq̄s miraculose a febre sanat coꝛpus enim hoīs est nālis materia sanitatis que per supernaturale agens cōferꝫ ei: ꝛ similiter fuit in cōceptione hominis xp̄i: materia enī quā virgo ministrauit: fuit materia ex qua nāliter coꝛpus hoīs formari potuit: sꝫ virtus formans fuit diuina. vnde simpliciter dicendū est cōceptionem illā miraculosam esse: naturalē vero sm quid ꝛ ꝓpter hoc xp̄s dicit nālis filius virginis: q; naturalē materiā ad eius cōceptum p̄parauit. ¶ Unde patet responsio ad p̄imum. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ q̄ñ potentia passiua complet per operationē agentis nālis. tūc operatio sequens est naturalis. hoc aūt nō fuit in ꝓposito: ꝛ ideo ratio non seq̄t. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ ceco nato illuminato dat potentia visiua sine omni dispositione ctraria visioni: ꝛ ideo operatio seu visio sequēs est nālis: sꝫ potentia generādi data est virgini manēte virginitate que est dispositio cōtraria ad conceptū ꝛ ideo sicut potētia miraculose data est: ita ꝛ actꝰ sequens miraculosus fuit: vel dicendū q̄ ceco illuminato datꝫ potentia passiua cuiꝰ operatio est per hoc q̄ mouet ab agēte naturali. scilicet caloꝛe: ꝛ ideo visio ipsa naturalis est: sꝫ virgini dicit data potētia generatiua per hoc q̄ mota est eiꝰ potentia passiua ad generādū ab agēte supnaturali: ꝛ ideo operatio sequēs est miraculosa. ¶ Ad quartū dicendū q̄ formatio hominis de limo terre fuit miraculosa quātū ad agens ꝛ quantū ad materiā: sꝫ cōceptio ē miraculosa quantū ad agens ꝛ nō quantū ad materiam: ꝛ ideo nō est filie de vtroq̄. ¶ Ad quintū dicendū q̄ beata virgo dicit genuisse xp̄m: nō sicut p̄incipiū actiuū ad generationē p̄bēs: sꝫ sicut ministrās materiā naturalē: vnde nō est incōueniens q̄ generatio illa miraculosa fuerit: operatio vero miraculosa nō est alicuiꝰ creature sicut agēs: est tamen alicuius creature sicut materie: vt patꝫ ex eo: q; miraculose ex aliq̄ creata materia deus quandoq̄ aliquid facit.

## Questio tertia

DEinde queritꝫ de annūciatione facta per angelum ad beatā virginē: ꝛ circa hoc querūt duo. Primo de conuenientia annunciationis. secundo de conuenientia nunciꝰ.

AD p̄imū sic p̄cedit. videt q̄ nō oporteꝛet virginī annūciari saluatoꝛis cōceptionem: ipsa enī fidē habebat: sꝫ semp ad fidē pertinuit credere incarnationē futurā. ergo nō oporteꝛet vlteriꝰ q̄ per modū annunciationis sibi patefieret. ¶ Pꝫ sicut dicit Grego. fides non habet meritū cui humana rō p̄bet experimentū: sꝫ in collocutione angeli ad virginē quedā persuasiua ratiocinatio facta est ergo merituꝫ fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit qō videt incōueniens. ¶ Pꝫ in his que fine boīs arbitrio deꝰ in boīe cōplet: nō requritꝫ aliquis ꝛsensus ex parte boīs: sed ꝓphetia p̄destinationis est de his que fine nostro complent arbitrio: vt habet ex Iero. in glo. Matth. j. super illud. Ecce virgo in vtero habebit: cuiusmodi dicē esse hanc ꝓphetiā. Ecce virgo cōcipiet. Isaie. 7. ergo nō requirebat aliquis cōsensus ex parte virginis rōne cuiꝰ oporteret annunciationē fieri. ¶ Sed cōtra maioris sapie ostensum est miraculū factū in cōceptione xp̄i ex virgine q̄ꝫ in cōceptione Joānis ex sterili: sed cōceptio Joānis per angelū p̄nūciata fuit ne foꝛtuito: sed ex dei ꝓuidentia accidere putareꝫ: ergo multo ampliꝰ cōceptionē xp̄i annunciatio p̄cedere debuit. ¶ Pꝫ in conceptione xp̄i est factum quoddā matrimoniū per indiuisibilē cōiunctionē diuine ꝛ humane nature: sꝫ in matrimonio requiritꝫ cōsensus qui per verba nuncioꝝ requiritꝫ ꝛ reconciliatꝫ: ergo et decuit vt deus per angelū suū cōsensum exquireret virginis de q̄ humanā naturā assumeret. ¶ Ulterius videt q̄ annunciatio nō fuerit per modū coꝛpoꝛalis visionis: vt enim dicit Augu. xij. sup Geñ. inter tria visionis genera que sunt coꝛpoꝛale: spirituale. ꝛ intellectuale: intellectualis visio est p̄stantioꝛ: sꝫ q̄ dignius est matrē dei magis decet: ergo per intellectualē visionē: ꝛ nō per coꝛpoꝛalē facta est annūciatio. ¶ Pꝫ Apparitiones coꝛpoꝛales angeloꝝ eo q̄ insolite sunt: ꝛ p̄eter cōmunē cursum nature inter signa ꝛ mirabilia cōputari possunt: signa aūt data sunt nō fidelibꝰ: sed infidelibus: vt dicit apls. j. Chozin. xiiij. cū ergo igit btā virgo fidelissima fuerit: nō videt ad eam apparitionē coꝛpoꝛalē angeli fuisse factā. ¶ Sed ctra Luc. j. super illud. que cū audisset ꝛc. dicit glo. Trepidare virginū est ꝛ oēm viri ingressū pauere: oēsq̄ viri affatꝰ vereri: nō aūt hoc v̄ginibꝰ efficit ex intellectuali cōsideratiōe: viri vt ex imaginatiōe sꝫ ex coꝛpali aspectu: q̄ angelꝰ in coꝛpali visione v̄gini apparuit ꝛ eā collocatus est. ¶ R° dicendū ad p̄imā questionē q̄ cōgruū fuit virgini: suā cōceptionē annūciari multis de causis: primo q; cū mens deo sit vicinioꝛ q̄ꝫ coꝛpus non decebat vt dei sapiētia eius vteruꝫ inhabitaret sine hoc q̄

mens ei⁹ cognitione summe sapientie resplenderet. ꝛ ideo non decuit eā ignorare quod in ea fiebat: sed oportuit hoc sibi annūciari. Secundo quia ipsa futura erat certissima te stis inusitate conceptionis. vnde oportet ꝙ de tam magno misterio per annūciationē erudiret. Tertio quia deus nō diligit coacta: sed voluntaria seruitia: vt qui obsequunt ex ipso ministerio mereant. vnde cū beata virgo singulariter ꝛ excellenter in dei misteriū eligeret: quē in vtero portauit lacte aluit: ꝛ brachijs baiulauit: decuit vt ꝛ sensus ei⁹ angelo nunciante requireretur: quē humiliter prebens ad obsequiū se sedulam ꝛ promptā obtulit dicēs Ecce ancilla dñi. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ non erat determinate sub fide cadens tempus incarnationis: ꝛ p quā virginē hoc esset implēdū vnde de hoc instruēda erat p annūciationē. incarnationē enī futurā esse: quod antiquoꝝ fidei subiacebat firmissima fide tenebat. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ allocutio angeli nō ex humana ratione persuasit: sed ex oīpotētia diuina: cui fides maxime innitit. dixit enī Nō erit impossibile apud deū omne verbū. ¶ Ad tertiuꝫ dicendū ꝙ ea de quib⁹ est ꝓphecia predestinationis complent sine nostro arbitrio causante. nō tñ oportet ꝙ sine nostro arbitrio consentiente. ¶ Ad secundā questionē dicendū ꝙ conueniētissime p corporalē visionē annūciatio factaest. primo vt annūciatio eēt certior. In his enī que visibiliter cernim⁹ minus decipimur. Secundo qz vt dicit Dio. in epla ad Titū: hec est causa quare nobis diuina p corporales figuras proponunt vt vtraq; vita hoīs sm suā proprietatē diuina cognitione illuminet. sensitiua. s. imaginatione figurarū. intellectiua vo cōtemplatione spūal veritatis. silr etiā decuit vt virginis aspectus vteraq; suo modo nobilitaret. interior. s. per revelationē tanti misterij. ꝛ exterior p corporalē angeli visionē. Tertio qz annūciatio debebat ꝓportionari ei quod annūciabat. annūciabat autē visibil missio filij dei in mūdū. vñ decēter angelus nuncians corpali visione apparuit. ¶ Ad primū ergo ꝛtra hoc obiectū dicendū ꝙ quāuis intellectualis visio sit melior corporali: tamen vtraq; simul efficacior inuenit q̄z altera propter cōnaturalitatē humane cognitionis ad sensum. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ corporalis apparitio ad virginē facta est: nō propter cōfirmationē fidei: sed propter signationē misterij: vel propter dignitatē ipsius vt sibi singulari modo diuina panderent.

Ad secundū sic ꝓcedit. videt ꝙ annūciatio p angelū fieri nō debuit. Missio enī qua filius mittit vt sit hō: est excellentior ea qua mittit vt sit cum hoīe ex parte effectus. Sed missio qua mittit in mentē vt sit cū hoīe nō complet mediante angelo qui menti nō illabit: vt in. ij. li. di. xj. dictū est. ergo nec q̄ missus est vt eēt hō oportuit p annūciationē angeli fieri. ¶ Ps superior nō instruit p inferiorē. s; btā virgo fuit angel superior: qz deo acceptior: ergo nō debuit sibi per angelū xp̄i conceptio nūciari. ¶ Ps ordo reparationis debet respōdere ordini prime cōditionis. sed in prima cōditione preceptū diuinū ad mulierē p virū venit: ergo ꝛ p aliquē virū prophetā annūciari debuit virgini cōceptio filij. ¶ Sed ꝛtra est quod dicit in lra Missus est gabriel angelus. ¶ Ps vt ꝓbat Dio. iiij. ca. ce. ierar. Angeli sunt medij inter deuz ꝛ nos. sed ab vno extremo in aliud deuenit per mediū: ergo ea q̄ btē virgini diuinit⁹ nūcianda erant p angelū nūciari decuit. ¶ Ulteri⁹ videt ꝙ angelus nuncians fuerit de supremis ordinib⁹. Dicit enim Grego. in omelia de. c. ouib⁹. Summū nūciū mitti decuit qui summū omniū nūciaret. sed illi qui sunt in ordine serafhin sunt summi inter angelos: ideo p aliquē eoꝝ annūciatio facta est. ¶ Ps Hier. dicit ꝙ ista est questio inferioꝝ angeloꝝ misteriū incarnationis non plene cognoscentiū q̄ ponit Isa. lxiij. Quis est iste qui venit de edom ꝛc. sed nō potuit nūciari misteriū incarnationis nisi p illos quib⁹ plene revelatū est: ergo annunciatio p aliquē de supremis angel facta erit. ¶ Sed ꝛtra est quod ecclesia cantat Gabrielē archangelū scim⁹ diuinit⁹ te eē affatū. Ordo aūt archāgeloꝝ est penultim⁹ ce. ierar. vt pz ex Grego. ꝛ Dio. ergo angel⁹ nūcians nō sunt de supremis ordinib⁹. ¶ R° dicendū ad primū q̄situ ꝙ annūciatio p angelū facta est: cui⁹ rō multipliciter accipi pōt. Primo qz vt dicit Piero. angelis est cōnata virginitas. vñ decuit vt ad virginē nunciandā angelus mitteret. Secundo qz perditio humana initiū sumpsit ex hoc ꝙ diabolus mulierē allocutus est. vñ dicit Beda: Cōgruū apparet ad humane nature reparationis exordiū: vt angel⁹ virginē alloqueret. Tertio quia ille annūciabat q̄ est rex hominū ꝛ angeloꝝ. ꝛ eius natiuitas sicut in salutē hominū fuit: ita ꝛ in reparationē ruine angelice. ꝛ ideo decuit vt tā hoīes q̄z angeli huic misterio ministeriū exhiberēt. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ quāuis q̄n fili⁹ in mentē mittit angelus in mentē nō illabat: tñ filio veniēti obsequit preparans mentē purgando illuminādo ꝛ perficiēdo ad diuine sapientie susceptionē: ita etiam ꝛ q̄n filius in carnē missus est angelus nō venit vt carnem assumeret: sed vt virginē instrueret de qua caro assumenda erat. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ quāuis beata virgo superior angelis fuerit sm acceptionē diuine predestinationis: tñ eis inferior erat q̄ntum ad statū: qz ipsa in statu vie erat: angeli aūt in statu patrie. vñ nō ē incōueniēs ꝙ angel⁹ virginē instruēt. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ in prima cōditione mulier prima nō accepit diuinū preceptū nisi p illū virū qui erat principiū tot⁹ carnal generatiōis. vñ hoc solū debet homini xp̄o qui est spūalis regenerationis principiū vt matrē doceat ex q̄ vita spūal in oēs quodāmodo pcessit. ¶ Ad secūdā questionē ergo dicendum est ꝙ angelus nūcians nō fuit de suprema nec de media ierar. sz de infima. nec de primo ordine eiusdem ierar. sed de medio qui est ordo archangeloꝝ: Cui⁹ rō multiplex patet. Primo qz cū xp̄s nasceret vt inordinationē que in angel acciderat repararet: decuit vt in sua conceptione ordo ille ce. ierar. maxime seruaret: vt. s. supremi angeli mediantib⁹ infimis hoīes illuminarēt. Secūdo vt misteriū incarnationis tñ conueniēs eēt. cū enī inferiores angeli agant sm id quod a superioꝛib⁹ recipiūt: ꝛ nō ecōuerso dū inferiores angeli nūciant: annūciatio p superiores ad inferiores expleret: quod nō eēt si superiores ĩmediate annūciarent. Tertio qz sic saluat proprietas ordinū sicut in. ij. di. ꝛtra dictū est. Infima ierar. officiū habet dirigēdi hoīes sm quādam limitationē: vel vni⁹ ꝓuincie: sicut ordo principū: vel vni⁹ hoīs sicut ordines angeloꝝ ꝛ archangeloꝝ. sz differūt: qz ad angelos ꝓtinet dirigere in actib⁹ alicui⁹ hoīs qui ad ip̄m tñ pertinēt: vñ dicunt minima nūciare. Ad archangelos vo pertinet dirigere in actib⁹ alicui⁹ hoīs: qui tñ in totā multitudinē redundant. vnde ꝛ medij sunt inter principatus ꝛ angelos quod ꝛ eoꝝ nomē ostendit. dicunt enī archangeli q̄si principes angeli. qz ergo sensus btē virginis q̄ p annunciationē requirebat actus singularis plone erat in multitudinis salutē redundans: ĩmo tot⁹ humani generis: angelus nuncians de ordine archangeloꝝ eē debuit: ꝛ inter eos summ⁹. ¶ Ad primū ergo ꝛtra hoc obiectū dicendū ꝙ Grego. non intelligit summū simpliciter: sed summū inter angelos sm ꝙ quilibet archangelus summ⁹ nūci⁹ dici pōt: quod patet ex hoc quod premittit Archangeli dicūtur q̄si summi nūcij. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ angeli inferiores nō penitus misteriū incarnationis ignorauerūt. sed qz nō tota ꝓfunditatē cōsilij diuini sup salutē humani generis capere poterāt inquirebāt pleni⁹ edoceri. ꝛ de hoc in. ij li. di. xj. pleni⁹ dictum est. Uirtus altissimi obumbrabit tibi. Uirt⁹ altissimi sm expositionē Dama. sequentē intelligit filī⁹. de quo. j. Corinth. i. dicit xp̄m dei virtutē ꝛ dei sapientiā vt sic in vbis angeli prenūciet duarū psonarū aduētus in virginē. s. spūssanct⁹ ad purgandū ꝛ potentiā generatiuam prestandū: ꝛ filij ad carnē assumendū: propter quod dicit Obumbrabit tibi virt⁹. Uirt⁹ enī altissimi per susceptionē nostre infirmitat obumbrata est. vel dicit Obum-

brabit tibi ad signandū extinctionē omnimodam fomitis: qz p aduentū filij in ipsam oēs reliquie fomitis ab ea extirpate sunt: z hec extirpatio obumbratio dicit sicut z fomes incendiū. vmbra aūt cōtra estū refrigeriū prestat. Sicut diuinū semen. Nō dicit simpliciter semen vt caueret errorem Apollinaristarū q ponebant spūm sanctū in vterū virginis vere sicut semen venisse. in hoc tñ similitudinē seminis habet q sicut semē est actiuū in generatione: ita z spūssanct⁹ in cōceptione xpi: vel filij⁹ quē virtutē altissimi dicit. ¶ Nostre antique aspersionis. Nō q̄ntū ad vetustatē culpe: sed pene. Per spm scm creans. ¶ Contra. creare est ex nihilo aliq̄d facere. sed corp⁹ xpi de materia formatū est: ergo nō est per spiritū sanctū in cōceptione creatū. Sed dicendū q̄ creatio hic large accipit pro q̄libet operatione supnaturali q̄ ipsi⁹ tm̄ dei est. Si dixerim⁹ qz pctm̄ nō habem⁹. Videt instantia eē de puero baptisato: z de adulto qui statim vere cōfessus est. sed dicendū q̄ ad hoc vt veritatē in oībus habeat dictū Apli dupliciter pōt accipi. Uno modo vt p pctm̄ nō tm̄ intelligat macula z reatus pcti: sz etiā causa z sequela pcti. in puero enī baptisato z adulto penitēte manet fomes incitās ad peccandū: z vlteri⁹ aliq̄ dispōnes ex actuali pctō relicte. in xpo aūt neutrū horū fuit. caro enī ei⁹ fuit sine corruptione fomitis cōcepta est. z cū pctm̄ nō fecerit: reliquie pcti in eo nō fuerunt. silr nec in btā virgine q̄ immunis a pctō actuali fuit. fomes aūt etsi eētialiter in ea remansit post primā sanctificationē: tm̄ vt ligat⁹: z nō vt incitās ad pctm̄: vt dictum est. Alio mō pōt verificari vt intelligat etiā de pctō actuali quo ad reatū z maculam. Si enī hō ad breue tps sine actuali pctō eē possit: nō tm̄ diu sic pseuerare pōt: vt saltē in veniale pctm̄ nō cadat. vt sic hoc verbū habem⁹ nō determinatū: sed cōfusum pūs importat. in xpo vo z matre ei⁹ nullo mō pctm̄ actuale locū habuit: nec mortale nec veniale.

Cum aūt illa caro. ¶ Postq̄ ostendit magister cō ditionē carnis assumpte: z matris de q̄ assumpta ē hic mouet q̄sdā dubitatiōes circa determinata. et diuidit in duas partes. In prima mouet dubitationē circa propagationē carnis xpi ex remotis parentib⁹. s. abraam z adam. In secūda mouet dubitationē circa cōceptionē carnis ei⁹ in proxima matre: ibi Illi aūt sententie q̄ supra diximus. Circa primū tria facit. Primo mouet dubitationem. Secūdo soluit eam ibi Quia ea de incarnatione. Tertio ex solutione elicit quandam conclusionem ibi Quo circa primitias nostre masse. Secunda dubitatio diuiditur in questionem z solutionem. Solutio incipit ibi Sed alia ratio. ¶ Hic est duplex questio. Prima de propagatione carnis xpi z antiq̄s patrib⁹. Secūda de ꝓpagatione ei⁹ ex matre.

¶ Questio Quarta.

Circa primū querunt tria. Primo vtrū caro xpi in antiquis patribus fuerit pctō obnoxia: vel ab alia cor carne fm differentiam puritatis z infectionis distincta. Secūdo vtrū caro xpi fuerit in antiquis patrib⁹ fm q̄ntitatē aliq̄d determinatū z materialiē in eis existēs. Tertio vtrū xps singulariter habeat inter filios abrae vt in eo decimatus non sit.

Ad primū sic ꝓcedit. videt q̄ caro xpi in antiq̄s patribus pctō infecta nō fuerit. corp⁹ enī celeste nō inficit nec alterat ex diuinctione ad aliud corpus. sed corpus xpi nature celestis fuit: quod videt ex hoc quod dicit de ipso Jo. iij. Qui de celo venit super oēs est. ergo caro xpi in antiq̄s patrib⁹ infecta eē nō potuit. ¶ ꝑ in lra dicit q̄ xps primitias nostre carnis assumpsit. sed caro humana in primo statu infecta non fuit: ergo xps assumpsit carnem nunq̄ prius infectā. ¶ ꝑ Augu. x. sup Gen̄. dicit q̄ natura humana semp habuit simul cū vulnere vulneris medicinā. sed quod est corruptū nō pōt corruptiōis esse medicina: ergo in humana natura semp fuit aliq̄d non corruptū vel infectū vnde caro xpi formata est que medicina facta est totī⁹ humani generis. ¶ ꝑ nihil sanat a corruptione nisi in eo aliquid incorruptū remāserit sicut in egritudine animalis: cum cor remaneat sanum eius virtute membra prius egra sanant. sed corruptio humani generis sanabil fuit: ergo in humana natura aliquid incorruptū remāserat. sed nihil est mundius in humana natura q̄ caro xpi: ergo illud de quo formata est caro xpi nunq̄ in patrib⁹ fuit infectū. ¶ ꝑ in diuinā sapientiā nihil coinquinatū incurrit: vt dicit Sap. viij. sed xps est dei virt⁹ z dei sapiētia: vt dicit .j. Corinth̄. j. ergo caro eius nunq̄ coinquinata fuit. Sed contra est q̄ magister in lra dicit carnē xpi primoq̄ assumere pctō fuisse obnoxiam. Et idem habet a Hugo. de san. vic. in li. de sacramēt. ¶ ꝑ caro xpi nō ꝓcessit ab abraam nisi q̄ semē ex quo cōceptus est Isaac. sed semen illud propter carnalem coitus concupiscentiam pollutū est originali infectione: ergo caro xpi anteq̄ assumeret infecta fuit peccato originali ¶ ꝑ distinctio qualitatis presupponit distinctionē naturē subiecte: cū; ꝓtraria nō sint simul in eodem: nec ex eisdem principijs causent. sed caro xpi nō fuit distincta fm naturā a carne parentū a quib⁹ propagata est: ergo nec fm qualitatē puritatis z impuritatis. z sic idem quod prius. ¶ Ad .p⁹. dicendū q̄ circa hoc fuit duplex hereſis. Una illoz qui dixerunt corpus xpi nō esse formatū ex eodem ex quo alia corpora hominū formant: sed q̄ filij⁹ dei corpus celeste secū attulit: z hoc modo p vterum virginis transiuit nihil ex ea sumens. Hoc autē est hereticū dupliciter. Primo qz derogat veritati scripture q̄ xpm ex muliere factū z natū dicit. nō enī ex ea factus diceret nisi ex ea aliquid traxisset vnde materialiter eius caro fieret. z sic nec beata virgo mater dei dici posset. Secūdo qz derogat veritati humanitatis xpi. cū enī oīs forma determinatā materiā requirat: si corp⁹ xpi formaret ex materia alteri⁹ generis ab illa materia de qua formant corpus alterius hois: nō esset corpus eiusdem speciei cum corporibus alioz hominū. z ita hō equiuoce diceret: cū sit eētialis pars hois. ¶ Alius error fuit dicētiū q̄ caro xpi fm q̄ in parentib⁹ erat infecta nō fuit. Dicūt enī q̄ peccāte adā deus conseruauit in illo aliq̄d incorruptū z nō infectū per quod humana natura sanari posset. z hoc quidem transfusum est sine aliq̄ infectione vsq̄ ad beatā virginē: z exinde formatū est corpus xpi. Hoc aūt erroneū reputat ꝓcipue propter duo. Primo qz fm hanc positionē xps nō eēt vere filij⁹ virginis: nec vere ex stirpe alicui⁹ patrū progenit⁹ nisi solū ex adam. illa enī pars que incorrupta in humana natura remansit in hominib⁹ alijs ab adā fuisset quasi extraneū ab eis. soli autē ade cōnaturale quantū ad primū statū. Secundo qz tollit congruus satisfactionis ordo. sicut enī non erat decens vt pro adam z ei⁹ successione corrupta aliquis satisfaceret qui ex illo genere nō esset: ita etiā nō eēt congruū vt naturā infectā satisfaciendo sanaret dei filij⁹ nisi hoc ꝑm quod prius infectū fuerat assumpsisset. Et ideo dicendū est q̄ caro xpi fm q̄ fuit in patrib⁹ z etiā in ipsa beata virgine peccato infecta fuit anteq̄ assumeret: sz in ipsa assumptiōe ab omni infectione peccati purgata est vt fm q̄ est actu caro xpi in ea nihil macule inueniat. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ xps dicit de celo venisse nō rōne nature assumpte: q̄si aīa vel corpus eius prius in celo fuerit assumpta: z postmodum ꝓ vterū virginis ad nos puenerit: sed quantū ad personam assumentē que quidē de celo ad nos venisse dicit: nō loci mutatione: sed visibil nature assumptione. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ xps dicit primitias nostre carnis assumpsisse nō fm idētitatē rei: vt. s. natura carnis quā assumpsit semp in conditione primi status remanserit: sed quantū ad similitudinē: qz caro assumpta ꝓut ꝓsiderat actu caro xpi sine infectione culpe fuit: sicut z caro primi hois ante peccatū vt magister in lra exponit. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ caro xpi in abraam nō fuit vt medicina vulneris in actu: sed solū in potentia fm. s. q̄ ex eo ꝓpagari poterat illa caro ex q̄ medicina nostri vulneris facta est. z ideo non oportet q̄ fuerit ibi actu sine infectione vulneris: sed solū in potētia fm ordinē

quo caro xpi ex ea propagãda erat. ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ aliquod corruptũ est reparabile dupliciter. Uel ſm potentiam passiuã tñ: & sic oportet vt remaneat in eo aliq̃d nõ corruptũ. i. nõ p corruptionẽ annihilatũ: sicut dicit̃ ostrariũ corrũpi p aduentũ ostrarij. oportet enĩ subiectũ remanere cũ possibilitate ad salutẽ q̃ recuperãda est. Uel ſm potentiam passiuã & actiuã simul: sicut hõ infirm⁹ curabil̃ est q̃cũq; virtute actiua nature sue: & qz idem non patit̃ a seipso: necesse est vt in eo q̃ sic reparabile est sit aliq̃ pars nõ corrupta nec corruptioni subiecta sicut cor. dicendũ est ergo q̃ humana natura non erat reparabil̃ nisi ſm potentiã passiuã tñ. & iõ nõ oportuit q̃ in ipsa remaneret aliq̃ pars corruptioni non subiecta: sed sufficit q̃ in ea remanserat id quod nature est cum possibilitate ad reparationẽ: subiectũ trĩ corruptioni. ¶ Ad quintũ dicendũ q̃ caro xpi actu existẽs caro xpi nullo modo fuit infecta. eius enĩ emundatio a precedenti infectione saltẽ intellectu precedit assumptionẽ. vñ in diuinam sapientiam nihil inquinatũ incurrere potuit.

Ad secũdũ sic ꝓcedit̃. videt̃ q̃ caro xpi fuerit in antiquis patrib⁹ ſm aliquid demõſtrabile determinatũ. Ut enĩ in lra ex Augusti. habet̃ caro xpi fuit in abraam ſm corpulentã substantiã. sed corpulenta substantia noĩat aliq̃d determinatũ demonstrabile: ergo p hũc modũ fuit caro xpi in abraam & in alijs. ¶ Ꝑ in formatiõe corporis xpi inueniunt̃. s. ratio formatiõis q̃ est principiũ actiuũ in cõceptione: & materia de qua corpus xpi formatũ est. sed ratio formationis nõ descẽdit ab adam vt Aug. x. super Gen̄. dicit: sed desup venit: qz quod in ea natũ est de spũ scõ est ¶ Math. j. ¶ Si ergo ista materia demonstrata in adam vt abraam nõ fuerit: nullo modo corpus xpi ex primis parẽtibus venit: quod est incõueniens: qz non pertineret ad eũ satisfacere pro peccato ade: sicut dictũ est: ergo oportet carnẽ xpi fuisse in abraam & adã ſm materiã determinatã. ¶ Ꝑ ſi hec materia determinata ex q̃ corpus xpi formatũ est non fuit in adam: hoc nõ potest eẽ nisi qz ex alimẽto sumpta est. alimentũ autẽ extraneũ est a natura humana: ergo caro xpi nõ est vere de natura humana: quod hereticũ est. videt̃ ergo q̃ materia carnis xpi nõ sit ex superfluo alimẽti sumpta sed ex primis parẽtib⁹ descenderit. ¶ Ꝑ maior est ꝺuenientia que est ſm identitatẽ rei q̃ ꝙ est ſm proportionẽ principia ad principiatũ. ſz si materia corporis xpi ex superfluo alimẽti sumpta est realiter fuit q̃cũq; materia cibi cõmesti. nõ autẽ põt dici q̃ realiter fuerit in auo vel ꝓauo. etsi forte dicatur q̃ ibi fuerit sicut principiatũ est virtute in suo principio: ergo maior eẽt conuenientia carnis xpi ad aialia quoꝝ carnes in cibũ sumpte sunt q̃ ad adã vel abraam: q̃ est inconueniẽs: ergo idem quod pri⁹. ¶ Ꝑ illud quod in se mũdũ est non est natũ inficere aliud ostraria infectione. sed beata virgo mundata fuit p primã sanctificationẽ ab originali infectione: ergo virtute aĩe ei⁹ nutrimentũ assumptũ inficere nõ potuit. nec al's infectũ erat tali infectione q̃ extra humanã naturã nõ inueniẽt̃: ergo caro xpi nõ in brã virgine pcõ subiacuisset: quod est erroneũ vt dictũ est. ergo caro xpi ex superfluo alimẽti nõ fuit materialiter: & sic idem q̃ prius. ¶ ſz ostra. Xps nõ aliquo modo fuit in parẽtib⁹ quo alij hoĩes ibi nõ fuerũt: ſz ecõuerſo alij hoĩes aliquo modo ibi fuerũt quo xps nõ fuit. ſz alij hoĩes nõ fuerũt in ꝑmis parẽtibus ſm materiã determinatã: ergo nec xps in eis hoc mõ fuit. ꝓbatio medie. alij hoĩes nõ descẽdunt a suis parẽtib⁹ nisi mediãte semine. semen autẽ vt ꝓbat ꝓhs. xv. de aialib⁹: nõ est aliq̃d decisum q̃ fuerit actu pars: sed est superfluũ alimẽti q̃ ẽ potẽtia. totũ ergo alioꝝ hominũ materia nõ fuit determinate in adã q̃ſi actu ps ei⁹ existẽs. ¶ Ꝑ generatio ſm naturã in infinitũ possibil̃ est ſm naturã hoc mõ q̃ hõ ex hoĩe generet̃. si ergo aliq̃ materia determinata sumat̃ ex q̃ oĩs caro decisa sit: oportet q̃ infinitoꝝ materia in aliquo finito fuerit: hoc autẽ est impossibile: ergo impossibile est q̃ omniũ hominũ caro & xpi fuerit in adã ſm determinatã vt signatã materiã. q̃ autẽ impossibile sit sic ꝓbat̃. Cuilibet rei nãlis materia determinatã q̃ntitatẽ exigit. nõ enĩ in q̃cũq; partua materia põt induci q̃cũq; forma. ſz infinita nõ pñt eẽ in aliquo finito nisi ſm q̃ntitatẽ nõ determinatã accipiant̃ diuisione fcã: ſz semp ſm eandẽ ꝓportionẽ vt. s. toti⁹ sumat̃ dimidiũ & dimidij dimidiũ. & sic in infinitũ: sic enĩ ſm eandẽ ꝓportionẽ. secũdo acceptũ erit alteri⁹ q̃ntitatis q̃ꝑ ꝑmo acceptũ: ergo impossibile est q̃ infinitoꝝ corpoꝝ naturaliũ materia sumat̃ ex aliquo vno finito in actu. ¶ Ꝑ in oĩ generatione naturale agẽs vniuocũ inducit formã suã in materiã q̃ pri⁹ tali nature subiecta nõ erat. ſic ignis in materiã aeris q̃ pri⁹ forme ignis subiecta nõ erat. ſz si materia ex q̃ ille hõ format̃ ſm aliq̃d signatũ in adã fuerit & in ceteris parẽtib⁹: nunq̃ ei⁹ materia fuiſſz humane nature nõ subiecta ergo iste modus generationis nõ eẽt ꝺueniẽs ſm viã generationis natural̃. & sic idẽ quod pri⁹. ¶ Ad 2ᵐ dicendũ q̃ circa hoc fuit due opiniones. Una opinio dicit q̃ caro xpi et omniũ alioꝝ hominũ fuit in adã ſm determinatã materiã hoc modo q̃ aliq̃ pars corporis ade fuit de q̃ p multiplicationẽ quãdã omniũ hominũ corpora formata sunt: aut sine ꝑmixtione alicui⁹ extranei vt q̃dã dicũt: aut ꝑmixto illi materie aliquo qõ ex alimẽto ꝺuersum est. & de hoc q̃liter improbabile videat̃ in. ij. li. di. iij. dictũ est. Alioꝝ opinio est q̃ ꝓbabilioꝝ videt̃ q̃ alij hoĩes nõ fuerũt in ꝑmo parẽte nisi ſm materiã originalẽ. & xps hoc modo in primis parẽtib⁹ fuit. Sed in hoc differt q̃ alij hoĩes fuerũt in primo parẽte ſm rationẽ seminalẽ: xps aũt nõ. qõ sic videri põt in his q̃ p cõcubitũ generant̃ duo ocurrũt ad formationẽ corporis s. ꝓncipiũ actiuũ qõ est in semine: quod rõ seminal̃ dicit̃. aliud aũt est materia ex q̃ corpus format̃: quã mater ministrat. vtrũq; aũt hoꝝ originaliter reducit̃ in primũ parentẽ Oꝝ enim in semine patris sit virt⁹ actiua ad conceptionem corporis humani est p virtutẽ nature humane quã pr̃ ꝓcreande a suo pr̃e accepit: & ille ab alio: & sic vsq; ad adã. & sic patet q̃ rõ seminal̃ eoꝝ q̃ sunt ex semine viri cõcepti originaliter ab adã descẽdit. silr etiã materia quã mater ministrat oportet q̃ sit ꝓparata per virtutẽ generatiuã ei⁹. rei enĩ generatio natural̃ reqrit materiã ꝓpriã & determinatã Uirt⁹ aũt generatiua ipsi⁹ matris originaliter ab adam descẽdit: sicut & virt⁹ generatiua viri. & ideo illi q̃ ex mare & femina generant̃ descẽdunt originaliter ab adã. & ſm rationem seminalem: & ſm materiã. & qz vn⁹ modus essendi in: est ſm q̃ dicit̃ effect⁹ eẽ in sua causa efficiẽte: vt dicit̃. iiij. phisicoꝝ. ideo hoĩes sic concepti dicunt̃ fuisse in adã & ſm rationẽ seminalẽ & ſm materiã originalẽ. In ꝺceptiõe aũt xpi virt⁹ actiua nõ fuit nisi spũſſanct⁹. materia aũt est ꝑ virginẽ ministrata debito modo ꝓpata. vñ patet q̃ originaliter materia corporis xpi descẽdit ab adã. nõ aũt rõ actiua in ꝺceptiõe ei⁹ ab adã descẽdit originaliter. & ideo xps fuit in adã ſm rationẽ originalẽ: ſz nõ ſm materiã seminalem. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q̃ cũ dicit̃ xps fuiſſe in adã ſm corpulentã substantiã: non est intelligendũ q̃ in adã fuerit ꝑ modũ corpulente substãtie. ſz qz ipsa corpulenta substantia corporis xpi aliquo modo fuerit in adã sicut in originali principio. ¶ Ad secundũ dicẽdũ q̃ materia corporis xpi nõ aũt rõ cõceptionis ei⁹ fuit in adã: nõ tñ materia illa fuit in adã in actu q̃ſi aliq̃ determinata pars ei⁹: ſz virtute tñ sicut res dicit̃ eẽ in suo principio effectiuo vni⁹ spẽi. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ materia corporis xpi assumpta est ex eo qõ de cibis a beata virgine sumptis in purissimos sanguines ei⁹ ꝺuersum est. alimentũ aũt quãuis in principio sit extraneũ & dissimile: tñ in fine ẽ ꝺueniẽs & simile: vt in. ij. de aĩa dicit̃. vñ nõ sequit̃ q̃ materia corporis xpi sit extranea humane nature. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ q̃ similitudo & ꝺuenientia magis attendit̃ ſm formã q̃ materiã: vt si ignis generet ex aere ignẽ: ignis generat⁹ magis ꝺuenit cũ igne generãte cũ quo cõuenit ſm formam q̃ ex aere ex quo materialiter generat⁹ est. Silr etiã materia corporis xpi magis ꝺuenit cũ

beata virgine ⁊ alijs patribus quoꝝ virtute effecta est pro/pria materia corporis humani q̃ cū rebus illis que in cibū sumpte sunt. ¶ Ad quintū dicendū q̄ per primā sanctifica tionē: vt supra dictū est: btā virgo a fomite mūdata fuit fm q̄ inclinat ad actus psonales. nō aūt remota est illa inclina/tio fm quā fomes est infectiu⁹ nature: ſz hoc factū est p secū dam sanctificationē vt quidā dicūt: ⁊ ideo illud quod erat in btā virgine vt ordinatū ad propagationē nature peccato obnoxiū erat quātus erat a peccato mundatū fm q̄ ad pso nam pertinebat.

Ad tertiū sic procedit. videt q̄ nullus qui de stirpe abrae descēdit in ipso decimat⁹ sit. qz vt dicit Aug. x. sup Gen. quod in eo decimabat curabat. ſz nul/lus in parētib⁹ curari vel sanctificari pōt: vt supra dictū est: ergo nullus in abraam decimari potuit. ¶ P̄ sicut post tē/pora abrae in illis qui ex ei⁹ stirpe descēderūt valuit circū/cisio ad peccati original' curationē: ita etiā ante ipsi⁹ tēpora valuit ad idē virtus sacrificioꝝ decimarū ⁊ oblationū: vt di cit Greg. in mora. sed q̄n abraam circūcisus est: nō propter hoc alios de stirpe ei⁹ descēdens circūcisus fuit: als eos nō oportuisſz iterū circūcidi: ergo nec abraam dante decimas ei⁹ filij decimati sunt. ¶ P̄ decimari aut est decimas dare: aut ad decimas obligari: aut decima parte priuari: sicut di/cit granū decimatū a quo iam decima pars ablata est. Sed p̄mo modo nō potest dici q̄ aliquis in patre suo decimet'. dare enī decimas est quidā actus psonal': ſz actus psonales nō trāsfundunt' a parētib⁹ in filios: sicut nec pctā actualia: ergo abraam dante decimas nō propter hoc fili⁹ eius deci/matus est q̃si dans decimas. Silr nec secūdo modo. Leui/te enī ⁊ sacerdotes veteris legis ab abrae stirpe descēderūt: qui tñ ad decimas dandū nō obligabantur: sed eos a pp̄lo accipiebāt: ergo nec fic oēs filij abrae preter xp̄m in ipso de cimati sunt q̃si ad decimas obligati. Silr nec tertio modo: qz decimatio respicit id quod est in actu distinctū. vñ triti/cū nō potest ee decimatū ex hoc q̄ semē decimatū fuit. sed filij abrae nō erāt in eo vt actu distincti: ſz tñ virtute: ergo nullo modo in eo decimari potuerunt. ¶ Sed otra est qđ Ap̄l's ad hebre. vij. dicit: ⁊ in littera ex verbis Augu. habet'. ¶ P̄ decimatio quoddā signū seruitutis diuine est cū ad latriā ptinet. sed ꝓples in parente ad seruitutē obligat': serui enī sunt filij: si ex seruis parētib⁹ nascant': ergo abraam dan te decimas filij eius decimati sunt. ¶ Ulteri⁹ videtur q̄ etiā xp̄s in abraam decimat⁹ sit. Xp̄s enī nō habet habitu/dinē ad abraam nisi mediāte btā virgine. sed btā virgo fuit in abraam decimata: ergo ⁊ xp̄s. ¶ P̄ decimatio ꝓuenit fi/lijs abrae ex eo vt in lra habet' rōne pctī originalis: qz p cōcu piscentiā ex eo propagādi erāt. sed caro xp̄i in abraam fuit pctō obnoxia: vt in lra dicit': ergo ⁊ in eo xp̄s decimat⁹ fuit ¶ P̄ decimatio est quidā actus figural'. sed xp̄s videt' ma/xime p decimā figurari rōne pfectionis xp̄i q̃ denario cōpe tit: ergo xp̄s precipue in abraam fuit decimat⁹. ¶ Sz otra. Aplus hebre. vij. prefert sacerdotiū xp̄i sacerdotio aaron p hoc q̄ leui ex cui⁹ stirpe aaron descēdit abraam dante deci mas decimat⁹ est. sed xp̄s in hoc nihil amplius haberet q̃z aaron si in abraam silr decimat⁹ esset: ergo nullo modo in eo decimat⁹ fuit. ¶ P̄ quod multiplicat' miraculose: ⁊ nō virtute nature: nō est decimabile: vt patet. iiij. Regū. iiij. qz helize⁹ nō precepit vidue vt de oleo quod miraculose mul/tiplicatū erat decimas daret. sed caro xp̄i ex abraam mira/culose propagata est: ergo xp̄s in abraam decimat⁹ nō fuit. ¶ R⁹ dicendū ad primā questionē q̄ illi q̄ ex abraam per cōcubitū descenderūt: in abraam decimati sunt. xp̄s aūt in eo decimat⁹ nō est: cui⁹ rō est qz decimatio nō tñ erat act⁹ moral': sed etiā figural'. est enī actus moral' fm hoc q̄ pars quedā terre nascentiū ⁊ alioꝝ in vsum ministroꝝ dei ⁊ pau perū ofrebat': vt eēt cibus in domo dñi: vt habet' Malac. iij. Actus aūt figural' est fm q̄ hoc quod figurat impfectio nē in eo q̄ decimas dat qui perfectionē ab eo cui dat expe/ctat. In numero enī denario est quedā pfectionis ratio fm q̄ limes quidā est. vñ nouenari⁹ impfectionē signat fm q̄ a denario deficit. ⁊ ideo qui decimas dat: in hoc q̄ nouē fi/bi retinet ⁊ decē alteri dat ꝓfitet' se imperfectū ee: ⁊ pfectio nē ab altero expectare. ⁊ inde est q̄ etiā decimatio quodā/modo actus sacra' erat fm q̄ dicta reall' ꝓfessio ex fide me/diatoris ꝓcedebat: p cui⁹ pfectionē sacrata est humani ge/neris impfectio q̃ erat p originale pctm: hoc enī figurando remediū qđ otra originale pctm p̄stabat p modū sacri.il/la ergo decimatio q̃ abraam decimas dedit ostendens se li beratore indigere ad illos tñ ptinet ex eius stirpe descēdē/tes qui impfectionē original' pctī ex eo traxerūt: vt silr sicut ipse liberationē ab alio expectarēt: nō autē originale pecca tū ab eo traxerūt nisi qui per concubitū ex eo descēderūt. so lū enī bi naturā humanā ab eo sicut a principio actiuo acce perunt: vñ ⁊ in eo fm rationē seminalem fuisse dicuntur. et ꝓpter hoc etiā simul cū natura nature vitiū otraxerūt ab adam vel abraam. xp̄s vo ab adam vel abraam nō p ocubi/tū descendens materiā humane nature ab eis habuit: q̃ vir/tute spūssancti in humanā naturā formata est. ⁊ ideo nō cō traxit originale peccatū: ⁊ ideo nō potuit figurari vt impfe/ctionē habēs ⁊ liberatione indigēs: ⁊ ꝓpter hoc nō est de cimatus in abraam. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ in verbo Aug. hoc q̄ dicit curabat': nō designat curationē in actu: ſz curationis necessitatē. qui enī sic in eo erāt vt curatione in/digerēt in eo decimati sunt. ¶ Ad secundū dicendū q̄ nul/lus dicit' circūcidi nisi fm q̄ actu aliq̃d patit'. Decimari au tē, dicit' aliquis etiā fm prefigurationē. vñ nō est simile de decimatione ⁊ circūcisione. ¶ Ad tertium dicendū q̄ deci mari nullo modoꝝ accipit'. sed decimari nihil aliud ē ꝓput hic accipit' q̃ prefigurari: liberatiōe indigere. hoc aūt prefigurabat' abraam dante decimas de oīb⁹ qui pctm ori ginale ab eo cōtracturi erāt: sicut ipse a suis parētib⁹ otraxe rat vt eadē rōne impfectio liberatione indigēs in illis figu rare' qua in se eam esse p decimarū collationē confitebat'. ¶ Quartū ⁊ quintū concedim⁹. ¶ Ad secundā questionē dicendū q̄ xp̄s nullo modo in abraam decimat⁹ fuit: cuius ratio patet ex predictis. ¶ Ad primū ergo dicēdū otra hoc obiectū: q̄ qz xp̄s nō descēdit ab abraam nisi mediante btā virgine: ideo sicut descendit a beata virgine: ita descēdit ab abraam. vnde cuz'a btā virgine descēderit nō p concubitū: nec ab abraam p cōcubitū descēdit: quātus beata virgo ab abraam p cōcubitū descēderit. vñ nō sequit' q̄ si btā virgo in abraam decimat.. fuit q̄ i eo xp̄s decimat⁹ fuerit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ id quod est in potētia potest prefigura ri mundū vel imundū. esse autē mundū vel imundū nō ꝓue nit nisi rei actu existenti. qz ergo quod in abraam actu erat totum peccato subiacebat: ideo caro xp̄i in abraam pctō ob noxia fuit. qz vo ex abraam caro xp̄i nō sic propagāda erat vt ex eo infectionē originalem otraheret: ideo in eo xp̄s de cimatus ee nō dicit': cū decimatio inq̃ntū figurale quoddā est referri possit etiā ad illud quod virtute erat in abraam. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ decima pars que deo reddit' nō di citur ꝓprie decimari: sed magis nouē partes a quib⁹ de/cima separ'. ⁊ ideo xp̄s p decimā signat⁹ decimari nō dicit': sed alij imperfectionē contrahētes p nouenariū designati.

¶ Alia duo concedimus.

## Quæstio quinta.

Deinde querit' de propagatiōe carnis xp̄i ex matre eius. Et circa hoc quer̄untur tria. Primo de mate/ria ex qua conceptū est corpus eius. Secūdo de tē/pore conceptionis. Tertio de sanctificatione concepti.

Ad primū sic procedit̄. videtur q̄ corpus xp̄i non fuerit formatū solum ex purissimis sanguinib⁹ vir ginis sicut Dama. dicit. Cor enim que specie conueniūt est materia eiusdem rationis: quia forma natural' materiā de/terminatā requirit. sed alioꝝ hominū materia est ex eo qđ ex viro ⁊ muliere descindit'. cū ergo xp̄s inquātū homo fue rit eiusdem speciei cū alijs hominib⁹: videtur q̄ corp⁹ eius

non solum ex sanguinibus matris virginis formatum fit. ¶ ad Ro.j. dicit Factus est ei ex semine dauid fm carnem. sed id ex quo fit aliquid est materia eius: ergo materia corporis xpi nō est sanguis: sed semen. ¶ in collecta dicit q deus verbū suū de virgine carnē sumere voluit. sed de illo corpus xpi formatū est quod de virgine sumpsit: ergo corporis xpi materia nō est sanguis sed caro. ¶ vt in ij. de generatione dicit que magis conueniūt facilī inuicem transmutant. sed caro magis conuenit cū carne q̄ sanguis: ergo conuenientī est dicere corpus xpi ex carne virginis formatū esse q̄ ex eius sanguine. ¶ generatiua nō operat nisi ex eo quod residuū est nutritiue virtuti: cū nutritiua generatiue deseruiat. sanguis autē nō est residuū ab opere nutritiue: imo est quo nutritiua indiget in via existēs ad nutriēdū membra: ergo sanguis nō potest eē materia a virtute generatiua ministrata ad cōceptionē prolis. & sic idem quod prius. ¶ Sed otra est quod dicit Dama. q diuina sapientia ex purissimis sanguinib⁹ virginis carnē sibi copulauit. ¶ corp⁹ xpi nō ē formatū nisi ex materia quā virgo ministrauit: talem in natura qualem alie matres ministrāt ad conceptū prolis. sed vt in. xv. de aīalib⁹ dicit: materia ex qua corpus cōceptū format quā mater ministrat est sanguis q̄ menstruū dicit: ergo & corpus xpi ex sanguine formatū est. ¶ ℟. dicendū q circa materiā de qua corp⁹ hoīs formatū est varie sunt opiniones. Quidam enī dicūt q corp⁹ humanū formatur ex cōmixtione seminū. s. matris & patris simul cū sanguine menstruo: ita q totū hoc sit materia corporis. hoc aūt phs in. xv. de aīalib⁹ multipliciter destruit ostēdens q id quod ex viro descendit nō est materia humani corporis: sed solū principiū actiuū. & p rationē & experimēta sensibilia que magis in reb⁹ naturalib⁹ faciunt fidem: & hoc pz inspicienti verba ei⁹. silr etiā ostendit q semē mulieris nihil facit ad generationē. vñ etiā & q̄dā mulieres concipiūt sine hoc q̄ seminēt. sed sanguis qui mēstruū dicit est in mulieribus loco seminis in viris. & fm hanc phi opinionē conuenientissime potest saluari partus virginis si ad conceptionē humani corporis nō nisi sanguis mulieris materialiter requiritur. nō enī credendū est q̄ materie corporis xpi quod sine semine viri conceptū est aliq̄d defuerit quod materialiter ad formationē humani corporis requirat. Constat etiā oīb⁹ virginitatē matris ofitentib⁹ absq̄ oī humano semine cōceptionē illam peractā esse. & ideo materia ex qua corpus format & in xpo & in aliis hoīb⁹ est sanguis p virtutē generatiuā matris preparat⁹. Ille enī sanguis in mulierib⁹ est sicut semen in viris. vñ & in eodem tpe hoc in viris & illud in mulierib⁹ incipit. s. apud ortus pilor & alior accidentiū q̄ sunt signa pubertatis. sz qz in muliere est calor generatiue deficiens: diminut⁹ respectu caloris viri: ideo nō potest in mulierib⁹ superfluū alimēti ad tantā digestionē perduci sicut in viris: propter quod remanet in forma sanguinis: sicut deficiens a completa digestione seminis. vñ accidit in aliquo multū coeunte vt sanguinē loco seminis emittat: vt in. xv. de aīalib⁹ dicit quasi natura nō sufficiat ad tantū seminis digerendū quantū incontinētia querit. ¶ Ad primū ergo dicendū q fm phm in. xv. & xvj. de aīalib⁹ dicit Illud q̄ō a viro emittit nō efficit materia in generatiōe: sed tñ actiuū. vñ relinquit q̄ ex solo sanguine mulieris materialiter corpus humanū formet tā in xpo q̄ in aliis hoīb⁹. ¶ Ad secundū dicendū q xps ex semine dauid dicit fact⁹ fm carnē: nō sicut ex īmediata materia: sed qz materia ex qua corpus xpi formatū est originaliter ex semine dauid descēdit. ¶ Ad tertiū dicēdū q assumptio habet duos terminos. s. a quo & in quē. dicit ergo dei vbū ex virgine carnē assumpsisse nō quantū ad terminū a quo: quasi prius eēt in specie carnis q̄ assumeret: sed quantū ad terminū ad quē: qz materia illa simul assumpta est & in carnem formata. ¶ Ad q̄rtū dicendū q quāuis caro cū carne magis conueniat fm similitudinē spēi: tñ sanguis ex quo format corpus magis cōuenit cū carne & reliquis partib⁹ corporis fm proportionē potentie ad actū q̄ caro cū carne. sanguis enī ille est potētia totū fm potentiā passiuā: sicut & semen est potētia totū fm potentiā actiuā. caro aūt non est potentia totū: cū sit actu pars vltimū complementū habens iam p vltimā digestionē. hec aūt conueniētia precipue requirit ad hoc q̄ aliq̄d ex aliquo fiat. dom⁹ enī facili⁹ construit ex cemēto & lapidib⁹ specie differētib⁹ q̄ ex alia domo eiusdē speciei ex qua domus cōstrui nō pōt nisi in lapides resoluat. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ sanguis qui humani corporis materia ponit non est absolute talis qualis p actū nutritiue generat ex cibo: sed hoc quod de illo sanguine residuū est ab vltima digestione. nutritiua in feminis generatiue ministrat que ipm preparat vt sit debita materia corporis humani.

AD secundū sic procedit. videt q̄ conceptio corporis xpi nō fuerit subito: sz successiue cōpleta. Debet. ij. dicit: qz xps debuit p oīa fratrib⁹ similari. sed alij hoīes qui fratres ei⁹ dicunt ibidem successiue concipiuntur: ergo & xpi cōceptio debuit eē successiua. ¶ temp⁹ generationis cuiuslibet rei est determinatū fm speciem suaz vt ex. ij. de genera. haberi potest. sed xps fuit eiusdē spēi cū alijs hoīb⁹: ergo sicut alior hominū generatio determinato tpe perficit: ita & xpi. ¶ vt in. ij. de aīa dicitur cuicūq̄ rei naturali debet determinata magnitudo. sed corpus xpi nō potuit in principio cōceptionis sue habere tantā magnitudinē quanta nature hoīs debet: alias tpe illo nō creuisset in vtero virginis quo alij crescunt. vel minor tpe a virgine portat⁹ eēt q̄ alij hoīes portant: quod nō tenet ecclesia. ergo in principio sue cōceptionis nondū erat in specie humana in qua fuit in termino cōceptionis: ergo principiū cōceptionis est aliud a termino ei⁹. oīs aūt mutatio que habet prius & posteri⁹ est successiua: ergo cōceptio xpi fuit successiua. ¶ corpus xpi ex virginis sanguinib⁹ formatū est. aut ergo in eodē instanti fuit sanguis & caro: & sic eadē materia simul erit sub duab⁹ formis substantialib⁹ desperatis quod est impossibile. aut in alio & in alio instanti. sed inter quelibet instantia est temp⁹ mediū: vt in. vj. phisicor⁹ pbat: ergo conceptio xpi tpe mensurat: & non est subito peracta. ¶ concipi est quoddā fieri sicut conceptū est quoddam factū esse. nihil aūt in permanētib⁹ simul fit & factū est: alias simul aliq̄d eēt & nō eēt. quod enī fit in permanētib⁹ nō est. quod aūt factum est iam est: ergo in carne xpi nō simul fuit cōcipi & conceptū eē. & sic fuit ibi prioris & posteriozis successio. ¶ Sed contra. Conceptionis principiū esse non potuit anteq̄ conceptionis actiuū in virgine esset. sed conceptionis actiuū fuit in ipsa diuina sapientia que ex sanguinib⁹ virginis carnē sibi copulauit: vt dicit Dama. ergo non potuit prius conceptio incipere q̄ in vterū virginis diuina sapientia descēdisset. Sed sicut dicit Grego. in moza. spiritu aduenīte mox verbū in vtero mox intra vterū verbū caro factum. ergo conceptio carnis incipere nō potuit anteq̄ caro esset. sed ad speciem carnis terminata est conceptio: ergo non prius incepit conceptio q̄ terminata esset: & ita sine successiōe fuit. ¶ conceptio xpi facta est virtute diuina q̄ infinita est. sed virtutis infinite est subito suū effectū producere: ergo cōceptio xpi subitanea fuit. ¶ ℟. dicendū q̄ cōceptio christi fm fidem oportet q̄ subito facta ponatur. nō enī humana natura prius assumpta fuit q̄ in sua specie perficeret: cū partes eius non sint assumptibiles nisi ratione totius: vt patet ex dictis in. ij. di. proprietates aūt & accidentia humane nature non dicunt de filio dei ante assumptionē: ergo quicq̄d humanū de filio dei dicit completionem humane nature nō precessit. conceptio aūt de filio dei dicitur: vt patet in simbolo Qui concept⁹ est de spiritu sancto &c. ergo oportet vt conceptio in christo nō precedat tēpore completam naturā carnis eius: & ita relinquitur q̄ simul concipiebatur & concepta est propter quod oportet illam conceptionē subitaneam ponere: ita q̄ hec in eodē in-

stanti fuerunt. l. cõuersio sanguinis illius materialis in carnẽ z alias partes corporis xp̃i: z formatio membrorũ organicorũ: z animatio corporis organici: z assumptio corporis animati in vnitatẽ diuine psone. in alijs aũt hec successiue ꝯtingũt: ita q̃ maris cõceptio nõ pficit nisi vsq; ad q̃dragesimũ diem: vt ph̃s in. ix. de aĩalib⁹ dicit. femine aũt vsq; ad nonagesimũ. sed in completione corporis masculi videtur Aug. superaddere sex dies: q̃ sic distinguunt fm eũ in epla ad Piero. Semen primis sex dieb⁹ q̃si lactis habet filitudinẽ. nouẽ dieb⁹ vertit in sanguinẽ. deinde duodecẽ diebus solidat. xviij. dieb⁹ formal vsq; ad pfecta membrorũ lineamẽta. z hinc iam reliquo tpe vsq; ad tps partus magnitudine augel. vñ vsus. Sex in lacte dies ter sunt in sanguine terni. Bisseni carnẽ ter seni membra figurãt. In xp̃i aũt conceptione materia quã virgo ministrauit statim formã z figuram humani corporis accepit z animã: z in vnitatẽ diuine psone assumpta est. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ q̃ xp̃s p oĩa fratrib⁹ assimilari debuit in his q̃ necessaria erãt ad eor reparationẽ. huiusmodi aũt sunt ea in quibus veritas humane nature consistit. s. partes eẽntiales ei⁹: z proprietates naturales: z passiones quib⁹ opus redẽptionis explẽdũ erat. in alijs aũt excellere debuit vt hominũ saluator. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ determinatũ tẽpus generationis alicui spẽi debitũ non ideo sequit veritatẽ spẽi in re generata: sed virtutẽ generantis in specie illa. z ideo quãtus xp̃s in veritate humane nature conceptus fuit: quia tñ cõceptio illa nõ est facta p actionẽ alicui⁹ virtutis humane: ideo nõ oportet q̃ idẽ temp⁹ debeat cõceptioni xp̃i quod cõceptionib⁹ alioꝝ. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ quãtitas determinata alicui⁹ speciei nõ est determinata fm aliq̃d indiuisibile: sed habet aliquã latitudinẽ: qz in specie humana inuenit maior z minor q̃ntitas. z in eodẽ indiuiduo fm diuersa tempora: z in diuersis: vt ad sensum patet. Minimũ aũt quantitatis in vno indiuiduo est in primo instanti sue figurationis z animationis: que q̃ntitas adeo parua est q̃ parũ excedit quantitatẽ formice: vt dicit ph̃s in. ix. de aĩalib⁹ q̃ in q̃dragesima die muliere patiẽte aborsum inuentũ est corpus prolis oĩa mẽbra distincta habere quãuis in quantitate eẽt sicut magna formica. maxima aũt q̃ntitas in aliquo indiuiduo est in vltimo termino augmẽti. z sicut maximũ differt in diuersis: ita etiã proportionaliter illud minimũ. Potuit ergo eẽ vt corpus xp̃i in primo instanti cõceptionis perfecte figuratũ haberet quantitatẽ sufficientẽ sue spẽi: minorẽ tñ q̃z sibi debereꝯ in principio sue humanitatis si naturaliter cõceptus esset respectu quãtitatis quã habuit in completa etate proportionaliter alijs hominib⁹: ita q̃ vsq; ad quadragesimũ aut quadragesimũ sextũ diẽ crescẽdo puenerit vsq; ad quãtitatẽ illam que in eo debuit esse minima proportionaliter alijs hominib⁹. z deinceps creuit sicut z alij homines crescunt: ita q̃ totũ temp⁹ quo in vtero matris fuit augmẽto corporis eius seruiuit: quod in alijs seruit diuersioni: figurationi: animationi: z augmẽto. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ q̃ hoc est vniuersaliter verũ in quolibet motu ctinuo q̃ nõ est accipere vltimũ instans in quo id qõ mouet distet a termino ad quẽ quãuis posset accipi pmũ instans in quo est in termino ad quẽ: vt patet ex. viij. phisicoꝝ. Uerbi gra si aliq̃d mouet de nigredine in albedinẽ in vltimo instanti tẽporis mensurãtis motũ illũ albedo inest mobili. vltim⁹ enĩ termin⁹ tpis respondet vltimo termino motus. sed in omni eo quod dicto tempore accipit q̃n vltimũ instans mobile ab albedine distat. nõ est autẽ accipere ante vltimũ instans tẽporis. Secundo vltimũ instans cũ inter quelibet duo instantia fit tẽpus mediũ: vt. vj. phisicoꝝ pbat. vñ nõ est accipere instans in quo id qõ fit albũ fit nõ albũ. Et fil'r est in mutationibus que quãuis nõ sint motus: tñ aliquẽ motũ ꝯsequunt: sicut generatio sequit alterationẽ: z illuminatio motum localem solis. nõ est enĩ accipere vltimum instans in quo id qõ fit ignis fit nõ ignis: neq; instans in quo aer qui illuminat fit tenebrosus eo q̃ termin⁹ a quo in istis mutatiõib⁹ inest transmutato in toto tempore mensurãte motũ cui mutatio coniungit sicut termin⁹ nisi in illo vltimo instanti illius tẽporis. dico ergo q̃ cõceptio xp̃i quãuis nõ fit motus qz successionẽ nõ habet: tñ iungit cuidã motui locali saltẽ motui locali sanguinis materialis ad locũ generationis: vbi vndiq; cõgregat⁹ est: z in vltimo termino illi⁹ motus materia illa fuit sub specie corporis xp̃i: z sic est accipere primũ instans in quo corpus xp̃i fuit. sed in toto tempore precedenti hoc instans erat sanguis: vñ non est accipere vltimũ instans in quo sanguis erat: sed vltimũ tempus. temp⁹ autẽ continuatur instanti sine hoc q̃ cadat aliquod mediũ: sicut nec inter lineam z punctũ necesse est mediũ cadere. vnde forma sanguinis z forma corporis xp̃i continue successerũt sibi in illa materia: neq; oportet aliquod mediũ tempus ponere vt cõceptio successiua iudicet. ¶ Ad quintũ dicẽdũ q̃ fieri dupliciter põt accipi. Uno modo fm q̃ pertinet ad motũ precedentem esse rei que fieri dicit: z sic oportet q̃ fieri rei precedat duratione factũ esse vt obiectio probat. Alio modo dicitur fieri ipsa terminatio motus esse inducentis: sicut illuminari signat p modũ fieri: z hocipsum quod dicit termi nari z huiusmodi fieri non precessit tempore factũ esse: nec differt ab eo nisi ratione. hoc enĩ quod est esse illuminatũ si consideret fm se signat vt factũ esse: vt cũ dicit illuminatũ. si autẽ consideret prout est aliquid motus precedẽtis. s. termin⁹: sic signat vt in fieri: vt cũ dicit illuminari. z ideo non est verũ hoc dicere nisi in primo instanti in quo motus precedens terminat: quãuis semp postea verũ sit dicere hoc factum esse. sic autẽ acceptũ fieri nõ oportet q̃ sit non esse: sed q̃ sit nũc primo esse. z p hunc modũ de xp̃o verũ est dicere simul concipi z conceptũ esse. vñ nõ oportet q̃ cõceptio fuerit successiua.

¶ Ad tertiũ sic procedit. videt q̃ xp̃o sanctificari non conueniat: quia vt dicit Hebre. vij. talis decebat vt esset pontifex nobis qui non habet necessitatem quemadmodũ sacerdotes pri⁹ pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. sed xp̃s sicut venit orare z hostias offerre pro populo: ita z sanctificare populũ. ergo nec indiguit vt ipse sanctificaretur. ¶ P̃ in quolibet ordine primũ mouẽs est imobile. sed xp̃s est principiũ toti⁹ humane sanctificationis: ergo ipse sanctificat⁹ nõ est. ¶ P̃ omne quod fit fit ex otrario. generationes enĩ fm ph̃m ex otrarijs sunt: sed xp̃s ab omni peccato quod sanctitati cõtrariat immunis fuit: ergo xp̃s sanctificari nõ dicit. Si dicatur q̃ caro eius anteq; esset assumpta fuit obnoxia peccato: vt in lra dicit. vnde rõne emundationis ei⁹ xp̃s sanctificari dicit. ¶ Contra. Hoc nomen xp̃s nomen est ypostasis in duab⁹ naturis subsistẽtis: ergo nihil põt dici de xp̃o qõ vnionẽ illã p̃cesserit. sz effectio cui in p̃rib⁹ caro ei⁹ obnoxia fuerat solũ ante vnionẽ fuit: ergo rõne illa nõ põt dici xp̃s scificat⁹. ¶ Sed otra est qõ dicit Jo. x. Quẽ pr̃ scificauit z misit in mundũ. ergo xp̃s scificat⁹ ẽ. ¶ P̃ xp̃s dicit vnct⁹. sz spũal' vnctio cãest scitatis: ergo z scificat⁹ dici põt. ¶ R⁹ dicẽdũ q̃ scificari est sanctũ fieri. põt aũt aliq̃s sanct⁹ fieri dupl'r. vel ex scõ vel ex nõ scõ. Ex scõ iterũ dupliciter. vel ex min⁹ scõ magis sanctũ: vt dicit Jo. xvij. P̃r scifica eos in vitate. Ex pl'i tũc scierãt. vel fm cõtinuationẽ scitatis eadẽ q̃ntitate seruata: z hõ mõ xp̃s põt eẽ scificat⁹: sicut ipse ibidẽ dicit: Ego p eis scifico meipm. eo q̃ cõtinuatio rõne successionis quẽdã modũ scificatiõis hz. sz hõ mod⁹ loquẽdi nõ videt ꝯsuet⁹: vñ sic dicitur scificatiõe nõ loq̃mur. Ex nõ scõ etiã dicit aliq̃s sanct⁹ fieri dupl'r. vl' ex nõ scõ otrarie aut p̃uatiue: sicut p gr̃az pctõr scificari dicit: z hõ mõ xp̃s nõ põt dici eẽ scificat⁹: qz nõ põt accipi cũ ꝯsistentia subiecti defect⁹ scitatis in eo fuisse. sil' enĩ fuit hõ z sanct⁹ hõ. vel ex nõ scõ negatiue: z hõ adhuc distinguẽdũ est: qz vl' dicit ex nõ scõ sanct⁹ fact⁹ rõne create scitatis q̃ hois est: z sic dicit xp̃s sanct⁹ fact⁹ sicut z hõ fact⁹. aut rõne scitatis increate: z sic dicit fact⁹ sanct⁹ p modũ quo hõ

dicitur factus deus. que vel est falsa: vel minus proprietatis habens q̄ prima. s. deus factus est homo: vt infra di. viij patebit. ⁊ ita concedi potest in aliquo sensu xp̄m sanctificatum esse. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ sicut xp̄s non indiguit vt pro se oraret vel hostias offerret: ideo nec indiguit vt hoc modo sanctificaret quo alios sanctificari venerat. s. per purgationē peccatoꝝ. per hoc tñ nō remouet quin ipse a tota trinitate sanctus sit factus homo cū prius nec homo nec sanctus homo fuerit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ primū mouens in aliquo ordine mobiliū non oportet esse īmobile simpliciter: sed īmobile sm idem genus motus: sicut celū quod est principiū alterans. mouet quidē: sed nō alterat: nō enī est primū mouens simpliciter. silr etiā xp̄s sm q̄ hō non est primū sanctificās simpliciter: sed deus trinitas. est aūt primū sanctificans inquantū homo p̄ modū satisfactionis pro peccato: ⁊ sic sanctificat⁹ nō est: aliquo tñ modo sanctificat⁹ est. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ nō oportet omne quod fit ex cōtrario fieri. sed solū quod fit p viam generationis ⁊ alterationis: oportet tñ omne quod fit ex incontingēti fieri: vt in primo phisicoꝝ dicit. quod nō ptingit simul in eē. sic aūt ptingēs nō est solū ptrariū vl̄ priuatio: que requirūt subiectū: sed etiā negatio ꝓsistentiā subiecti nō requirit. et sic nō sancto xp̄s fact⁹ est sanct⁹: vt dictū est. ¶ Quartū cōcedimus: qz ratio illa non valet: Obnoxia fuit pctō in materia. ¶ Sz cōtra. Quod nō est nō potest eē pctō obnoxiū. sed caro xp̄i nō fuit nisi in ipso: ergo falsum est quod hic dicitur. ¶ Dicendū q̄ quāuis caro xp̄i actu non fuerit nisi in ipso: tñ materialiter fuit in beata virgine ⁊ in alijs: sed differenter: quia in beata virgine preexistebat materia illa essentialiter: sed in alijs prioribus originaliter tñ: vt dictū est. ⁊ sm illum modū quo in vnoquoq; fuit sic peccato obnoxia erat. Ita ⁊ leuiticus ordo. Videt q̄ ratio Apostoli non valeat. potest enī cōtingere q̄ pater pape alicui simplici sacerdoti decimas soluerit: nec propter hoc papa sacerdote illo minor esset. ⁊ sic non videt sequi si abraam melchisedech decimas soluerit q̄ ꝓpter hoc leuitic⁹ ordo melchisedech minor fuerit. ¶ Sed dicendū sm quosdā q̄ Apostol⁹ pcedit ex suppositione hui⁹ q̄ abraam tota posteritate sua maior fuerit. vñ si melchisedech maior fuerit q̄ abraam: p consequens maior fuit q̄ leui vel aaron. sed qz hec suppositio vel dubia est vel falsa saltē propter beatā virginē. Ideo melius dicendū q̄ Apl̄s nō intēdit ꝓbare q̄ melchisedech personaliter maior fuerit q̄ aaron: sed q̄ sacerdotiū xp̄i figuratū per sacerdotiū melchisedech maius est q̄ sacerdotium aaron. vñ virtus rationis Apl̄i fundatur sup figurā. figuratum enī abraam decimas melchisedech dans q̄ ipse cum tota sua posteritate minor eēt sacerdotio xp̄i p melchisedech figurati. Sēcōm rationem seminalem erat. Semen vt dicit phs. v. phisicoꝝ est in genere⁹ cause efficiētis. vñ illi dicunt in abraam sm rationē seminalem fuisse qui cōcepti sunt p virtutē actiuā ex abraam originaliter descēdentē: quod de xp̄o dici nō pōt: vt ex dictis pz. Nō enī videt concupiscētia Istud pōt intelligi duplicit. vel ita q̄ ocupiscētia ⁊ gr̄a sint notatiui casus. sic enī ocupiscētia dicit mater eoꝝ q̄ p cōcupiscētiā nascunt. ⁊ gr̄a mr̄ xp̄i qz p gr̄az nat⁹ est. vel pōt itelligi q̄ sint ablatiui casus vt intelligat q̄ mat xp̄i nō genuit eū p concupiscentiam: sed p gratiam. ⁊ sic locutio propria ⁊ sana est. Quia dicūt phisici tot: Hoc potest aliter exponi q̄ magister infra exponit vt intelligatur completio corporis humani non solum quantū ad figurā: sed etiam quantū ad debitam quantitatem vt per hos quadraginta sex dies totum tempus vsq; ad partū intelligatur. quadraginta enim ⁊ sex si per senarium qui numerus est perfectus multiplicentur resultāt. ccl xxvj. dies: ⁊ tot dies computant⁹ ab octauo kalendas aprilis quādo christus conceptus est vsq; ad octauas kalendas ianuarij quando christ⁹ natus est. ⁊ hoc accipitur ab Augustino.

## DISTINCTIO .IIII.

¶ Quare in scriptura sacra sepi⁹ tribuat incarnatio que est opus trinitatis spiritui sancto: ⁊ de ipso etiam conceptus ⁊ natus xp̄s dicatur.

Quom vo incarnatio verbi sicut in superioribus tractatū est operatio vē sit ꝓpria ⁊ filij ⁊ spūssancti: inuestigatiōe nobis dignū videt: q̄re in scriptura spūi scō hoc opus sepi⁹ attribuat: ⁊ de ipso xp̄s ꝓcept⁹ memoret ⁊ natus. Nō enī ideo operatio incarnationis spūi scō sepi⁹ attribuit q̄ ipse solus eam fine p̄e ac filio fecerit: sed qz spūssanct⁹ est charitas ⁊ donū p̄ris ⁊ filij: ⁊ ineffabili dei charitate verbū dei caro factum est: ⁊ inestimabili dei dono filius dei vniuit sibi form̄ serui. Nō igit frequēs denoiatio spūssancti ab illo opere patrē vel filiū secludit: sed pot⁹ vno nomi nato tres intelligunt: sicut sepe fit in alijs operibus. vñ Aug. sup hoc mouēs questionē in hūc modū eandē determinat in Enche. ita inquiēs.

¶ Propositio questionis.

Quom illam creaturā quā virgo concepit et peperit: quāuis ad solaz personā filij ptinēt tē tota trinitas fecerit: neq; enī separabilia sunt opera trinitatis: cur in ea faciēda spiritussanctus solus nominat⁹ est. an etiam q̄ vnus triū in aliquo opere nominat vniuersa opari trinitas intelligit. Ita vere est: ⁊ exemplis doceri potest. Audistis propositam questionem eiusdēq; solutionez vel expositionem.

¶ Quo sensu christus dicatur conceptus ⁊ natus de spiritu sancto.

Sed in hoc diutius immorandū. Illud enī mouet: quomodo christus est dict⁹ natus de spiritu sancto: cum filius nullo modo sit spiritussancti: Nunquid dicturi sumus patrez hominis christi esse spiritum sanctum vt deus pater verbum genuerit: spiritussanctus hominē: ex q̄ vtraq; substantia xp̄s vnus esset: ⁊ dei patris fili⁹ sm verbū: ⁊ spūssancti fili⁹ sm hominē: eo q̄ eū spiritussanctus tanq; pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit cū hoc ita sit absurdum vt nulle fidelium aures id valeant sustinere. Proinde cum confiteamur xp̄m natum de spiritu sancto ex maria virgine: quomodo nō sit fili⁹ spiritussancti: ⁊ sit fili⁹ virginis: cum ⁊ de illo ⁊ de illa sit nat⁹: explicare difficile est. Proculdubio nō sic de illo vt de patre: sic autē de illa vt de matre natus est. non est autē concedendū quicquid de aliq̄ re nascitur continuo eiusdem rei filium nuncupādum. vt enī omittam aliter de homine nasci filiuz: aliter capillum: aliter pediculum vel lubricū: quorum nihil est vilius. vt ergo hoc omittam: quoniā tante rei deformiter comparant⁹ certe qui nascuntur ex aqua ⁊ spiritu sancto: non aque filios eos recte dixerit quispiam: sed dicuntur filij dei patris ⁊

matris ecclesie. Sic ergo de spū scō natus est xp̄s: nec tñ filius est spūssancti. Sicut ecōuerso nō oēs qui dicunt alicui⁹ filij consequēs est ut de illo etiā nati esse dicant: ut illi qui adoptant. Dicunt etiaz filij gehēne: non ex illa nati: sed etiā in illam prepa rati. Cū itaqz de aliquo nascit aliquid: ꝛ non ita ut sit filius: nec rursus oīs qui dicit filiꝰ de illo sit na tus cuiꝰ dicit filius: profecto modus iste quo natꝰ est xp̄s de maria virgine sicut filiꝰ: ꝛ de spū sancto non sicut filius: insinuat nobis gratiaz dei qua hō nullis precedentibꝰ meritis in ipso exordio natu re sue quo esse cepit verbo dei copularet in tantaz persone vnitatē: ꝛ idem eēt filius dei qui filiꝰ hois: ꝛ filius hois qui filius dei. ꝛ sicut in nature huma ne susceptōe fieret quodāmodo ipsa gratia illi hoi naturaliter qua nullū possit admittere peccatū. q̄ gratia ideo per spiritū sanctū est significata qz ipse proprie sic est deus ut sit ꝛ dei donū. Per hoc ergo q̄ de spū sancto esse natiuitas xp̄i dicit: quid aliud q̄z ipsa gratia demōstrat qua hō mirabili ꝛ ineffa bili modo verbo dei est adiunctꝰ atqz concreatꝰ: ꝛ diuina gratia corporaliter repletus.

¶ Alia ratio quare dicat natus de spiritu sancto.

Potest etiaz dici xp̄s fm hominē ideo natꝰ de spū sancto quia euz fecit. Inquantū enī hō est et ipse factus est ut ait Apls. Concep tus ergo ꝛ natus de spiritu sancto dicit: nō q̄ spi ritussanctꝰ fuerit virgini pro semine. nō enī de sub stantia spūssancti semen partus accepit: sed qz per gratiā dei ꝛ opationē spūssancti de carne virginis est assumptū quod verbo ē vnitū. ꝛ in euāgelio fm hanc intelligentiaz legit de maria q̄ inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Cuius dicti ratio nem Ambrosius insinuans in. ij. li. de spiritu san cto ait Quod ex aliquo est aut ex substantia: aut ex potestate eius est. Ex substantia sicut filiꝰ qui a pa tre: ꝛ spiritussanctꝰ qui a patre filioq; procedit. ex potestate autem sicut ex deo omnia. Quomodo er go in vtero habuit maria ex spū sancto sic quasi ex substantia. ergo spiritussanctꝰ in carnem ꝛ ossa cō uersus est: Non vtiqz. Si vō quasi ex operatione ꝛ potestate eius virgo concepit: quis neget spiritū sanctum dominice incarnationis auctorem.

¶ Quare apostolus dicat xp̄m factū cū nos fatea mur eum natum.

Sed queri potest cū nos saluatorē natū pro fiteamur: cur Apostolꝰ factū eū dicat ex se mine dauid: ꝛ alio loco factum ex muliere cum aliud sit fieri: aliud nasci. Aliquid ergo signi ficauit hoc dicto. quia enī nō humano semine con cepta est caro dñi in vtero virginis ꝛ corpꝰ effecta: sed effectu ꝛ virtute spiritussancti: ideo apls dicit factum: non natum. Aliud est enī semine admixto ꝛ sanguinis coagulo generare. aliud est nō permi xtione: sed virtute procreare. possunt homines ge nerare filios: sed non facere. ecce quare dixit apo stolus factū ꝛ nō natū: ne eius. s. natiuitas que fuit sine viri semine nostre similis putaretur: que con ficitur ex seminū cōmixtione. Ideo autem cum fa ctum diceret apostolus addidit ex semine dauid: qz etsi nō interceſſit semen hois in conceptione vir ginis: tamē quia ex ea carne christus formatus est que constat ex semine: recte dicitur quia factus est.

¶ Postq̄z determinauit de incarnatiōe ex parte assumpti ostendens quid assumptum est: ꝛ cuius conditionis fuerit anteq̄z assumeretur. In ista parte determinat de effectiuo ipsius assumpti. Et diuidit in duas partes. In prima osten dit quare efficientia nature assumpte spirituisancto appro priatur. In secunda mouet quandam dubitationem ex dic tis consequentē ibi Sed non est in hoc diuitius. Circa pri mū tria facit. Primo mouet questionem. Secundo deter minat eam ibi Non enim operatio incarnationis. Tertio confirmat per auctoritatem ibi Cum illam creaturam ꝛc. Sed non est in hoc diuitius. Dic determinat quandam du bitationem ex predictis oztam. Si enim christus inquan tum homo de spiritu sancto natus est: videt q̄ spirituisan cti filius sit inquantū homo. Circa hoc ergo duo facit. Pri mo mouet dubitationem. Secundo determinat eam: ibi Proinde cum fateamur. Circa qō duo facit. Primo osten dit q̄ christus non dicitur natus de spiritu sancto sicut de patre. Secundo exponit qua ratione de spiritu sancto na tus dicatur: ibi Profecto modus iste. Et circa hoc duo fa cit. Primo ostendit q̄ hoc dicitur ad signandum rationez illius natiuitatis: quia per gratiā est vt ly de denotet quasi rationem operis. Secundo ostendit aliam rationem qua hoc dici possit. s. quia spirituissanctus fecit christum inquā tum est homo vt ly de denotet habitudinem cause efficien tis ibi Potest etiam dici christus. Circa quod iterum duo facit. Primo prosequitur rationem secundo assignatā. Se cundo mouet quandam questionez circa verbum Aposto li inductuz ibi Sed queri potest cur nos. ¶ Dic est triplex questio. Prima de conceptione christi in comparatiōe ad efficientiam spirituissancti. Secūda de ipsa in comparatio ne ad matrem concipientem. Tertia de ipsa per compara tionem ad gratiam per quam conceptio facta dicitur.

¶ Questio Prima.

Circa primum queruntur duo. Primo vtrum effi cientia conceptionis christi spiritui sancto appro priari debeat. Secundo vtrum ratione huius effi cientie christi fm q̄ homo spirituissanctꝰ possit dici pater.

Ad primuz sic proceditur. videtur q̄ nulli persone efficientia illa appropriari debeat. operatio enim dei est sua essentia: sed essentia est cōmunis tribus personis: ꝛ nulli eorū appropriabilis: ergo nec operatio di uina qua cōceptio hominis xp̄i perfecta est: alicui persone debet appropriari. ¶ Damas. dicit p̄mo ca. tertii libri q̄ in incarnatione manifestabantur simul bonitas: potētia: iu stitia: ꝛ sapientia dei. sed sicut bonitas appropriat spiritui sancto: ita potentia patri: ꝛ sapiētia filio. ergo efficiētia car nis assumpte non magis vni persone q̄z alteri appropriari debet. ¶ Sed contra. Omnis operatio diuina procedit ab eo fm rationem alicuius attributi: sicut ꝛ operatio creatu re procedit ab ea fm suam formam. sed quodlibet diuino rū attributoꝝ est alicui p̄sone appropriabile: ergo ꝛ quodli bet diuinū opus alicui p̄sone appropriari debet sicut cause efficiēti: ꝛ ita opus incarnationis. ¶ Ulteriꝰ videt q̄ de beat appropriari patri: ipsi enī attribuit potentia. potentia aūt actiua q̄ in solo deo est est principiū efficiēdi: ergo oīs efficiētia patri p̄cipue appropriari debet. ¶ P̄ sicut supra magister dicit: filij missio est ei⁹ incarnatio. sed actiua mis sio filij proprie attribuit patri: ergo ꝛ efficiētia incarnatio nis dz pri attribui. ¶ Dz contra fm Origē. sicut generatio fi lij eterna est a p̄re sine matre: ita generatio ei⁹ tpal' est a ma tre sine patre. hoc aūt nō attingeret si efficiētia incarnatiōis patri attribuat: ergo non est sibi conueniēter attribuenda.

Ulterius videt q̄ sit attribuēda filio: sic enī ex verbis Damasce. iij. dis. habitū est dīna sapiētia sicut dīnū semen ex purissimis sanguinib⁹ v̄ginis sibi carnē copulauit: ꝫ semen: vt dicit p hūs. ij. phicoꝝ est p̄ncipiū actiuū: ergo efficiētia incarnatiōis filio appropriari debet. ¶ P Bern. in v. de cōsi. dicit q̄ dei sapiētia est illa mulier euāgelica que fermēto fidei gloriose v̄ginis tria sata cōmiscuit. s. nouū antiquū ⁊ eternū: nouū in creatione aīe de nibilo: antiquū in assumptiōe corpis de nā ade: eternū in vnione deitatis: sed sapiētia attribuit filio: ergo efficiētia incarnatiōis filio attribuēda est. ¶ Sz cōtra. inconueniēs videt q̄ aliqua res seipsam faciat: vel seipsaz generet: vt dicit Aug⁹. sed appropriationes fm rōnē cōueniētie fiūt: cū ergo ipse fili⁹ fact⁹ sit hō: nō debet sibi efficiētia incarnationis appropriari: ꝫ alteri persone. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ non debeat etiā appropriari spiritui sancto vt dicat de spūsancto concept⁹: spirit⁹ enī sanct⁹ charitas est ⁊ donū dei: vt in p̄mo li. habitū est: ꝫ nō cōueniēter dicit xp̄s cōcept⁹ de charitate vel dono dei ergo nec de spūsancto cōcept⁹ dici debet. ¶ P vt ex verbis Aug. habitū ē. xxxvi. dis. p̄mi li. hec p̄positio de denotat cōsubstātialitatē. vnde nō dicimus aliq̄d de aliquo fieri nisi de ei⁹ substātia sit: dicim⁹ enī esse filiū de patre nō aūt celuz ⁊ terrā de deo: ꝫ xp̄s fm hoiem nō est cōsubstātialis spiritui sancto: ergo nō debet dici de spūsancto nat⁹. ¶ Sz contra est qō dicit Matth. j. qō enī in ea natū est de spūsancto est. ¶ R° ad primā questionē dicēdū q̄ sicut dicit Dio. ij. ca. de di. no. Omne nomē dei operationē in creaturā designans: cōuenit toti trinitati: ⁊ ideo in q̄libet operatiōe diuina appropriata triū p̄sonarū ostēdūt. s. sapiētia potentia ⁊ bonitas que etiā in operatiōe incarnatiōis ostēsa sunt vt Damas. dicit: bonitas q̄dē inquātum p̄ptij blasmatis non desperit salutē: potētia vero inquātū maxime distātia contulit: sapiētia vero inquātū cōuenientē modū inuenit eius qō impossibile videbat: iusticia etiā in eo per modū satisfactionis salutē būani generis repauit: vna quaq; tū operatio dīna huic p̄sone magis q̄z illi est appropriabilis fm q̄ in ea magis manifestat attributū qō illi p̄sone appropriat. Bonitas aūt dīna fm hoc in operatiōe dei manifestatur q̄ sine sui indigentia ea que sunt sua creature cōmunicat ⁊ quanto ea que cōmunicant minus sunt creature debita et quasi magis deo propria: tanto magis bonitas dei ostendit: sicut sunt ea que gratis nature supaddūt: ⁊ p̄pter hoc gratie spūsancto attribuūt cui bonitas appropriat: cuz ergo hoc p̄cipue supza cōditionē būane nature fit vt in vnitatē dīne p̄sone assumat hoc op⁹ p̄cipue spūsancto appriandū est. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ attributa appropriata p̄sonis p̄supponūt rōnē essentie: ꝫ operatiōes dīne p̄supponūt attributa fm intellectū: ⁊ ideo p̄pter appropriationem attributoꝝ: essentia nō appropriat alicui p̄sone: sed opatio qz iudicium posteriozis dep̄det a priozi ⁊ non ecōuerso. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ ꝗuis illa quattuoz in incarnatiōe ostēdāt: tū p̄cipue manifestat ibi bonitas diuina: vt ex dictis patz. ¶ Tertiū cōcedim⁹. ¶ Ad secūdā questionē dicendū videt q̄ pateri appropriāde sunt ille opatōes dīne in quib⁹ p̄cipue manifestat potētia: p̄pter qō op⁹ creationis appropriat patri attēdit enī potētia patris operātis in p̄ductiōe effect⁹: bonitas aūt in liberali collatiōe in opere ergo creatiōis res in esse p̄ducte sunt: nō aūt tūc aliq̄d eis collatū ē supza id qō nature rō exigit: sic ē in ope recreationis in quo res nō oīno ex nō esse p̄ducūt: ꝫ aliq̄d supza earū cōditionē eis cōfert: ⁊ ideo ea q̄ ad recreationē ptinent spūsancto appropriant ⁊ nō patri. ¶ Ad p̄mū g̃ circa hoc obiectū dicēdū ē q̄ ꝗuis potētia p̄ncipiū actiuū p se nōlet tū in agētib⁹ p volūtatē: volūtas ē imperās qō potētia exequif: volūtatis aūt obiectū ē bonū: ⁊ ideo p̄ncipale in operatiōe agētis p volūtatē est bonitas ⁊ ꝗsi cōtrariū exequēs est potētia: ⁊ p̄cipue qñ tota rō effect⁹ ē bonitas agentis: et ideo huiusmodi opera spūsancto appropriant. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ in incarnatiōe duo sunt. s. p̄sona assumēs ⁊ nā assumpta: missio igit̄ nōiat incarnationē ex pte persone assumētis p̄cipue: ⁊ qz ad p̄sonā filij assumētē sol⁹ pater auctoritatē habet: ideo missio actiua patri attribuit: cōceptio aūt vel natiuitas talis nōiat incarnationē ex pte nature assumpte cui gratuito collatuz ē vt in vnitatē talis p̄sone assumeret: ⁊ ideo efficiētia cōceptionis nō patri: ꝫ spūsancto appropriat. ¶ Ad tertiā ꝗstionē dicēdū q̄ sic dic̄ phs p̄mo Methā. Sapiētis ē ordinare. vñ ille opatiōes dīne q̄ ad ordinationē dei ptinēt sic gubernatio ⁊ huiusmodi: filio attribuūt cui sapiētia appropriat. In ope aūt incarnationis attēdit q̄dā gratuita collatio q̄ būane nature datū ē in vnitate dīne p̄sone assumi ⁊ oī gratia repleri sicut p̄muz ⁊ executio illi⁹ doni sic scōm que ad ordinationē dei pertinet: ⁊ ideo spūi sancto conuenit eē factiuū incarnatiōis: ꝫ exequi ministeriū incarnatiōis conuenit filio. ¶ Ad p̄mū ergo circa hoc obiectū dicēdū q̄ in nāli cōceptiōe bois semē habet rōnē actiui: ⁊ iterū rōnē termini inquātū virt⁹ que ē in semine attrahit sibi id vñ nutriat ⁊ in quātitatē perfectaz p̄ficiat: ꝗstū ergo ad p̄mū opatio seminis appropriat spiritui sancto: ꝫ ꝗstū ad scōm appropriat filio: qz conceptio ad ypostasim filij terminata ē. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ cōmixtio illa: illoz triū ordinationē signat vnionis ipsoz: nō enī ibi p̄prie cōmixtio ē: hec aūt ordinatio p̄supponit dīnā acceptationē qua hoc donū creature dare voluit vt per vnionē p̄sone eterne coordinaret: ⁊ ideo ꝗuis cōmixtio sapientie possit attribui: tū ipsa incarnatio p̄ncipaliter spūi sancto appropriāda est. ¶ Tertiū cōcedim⁹. ¶ Ad quartā ꝗstionē dicendū q̄ rōne iā dicta efficiētia incarnatiōis spūi sancto appropriat: ⁊ ideo p̄t dici xp̄s cōcept⁹ de spūsancto. s. siue hec p̄positio de dicat cause efficientis habitudinē siue etiā designet rōnē faciēdi: ipsa. n. rō faciēdi incarnationē ē bonitas spūi sancto appropriata. ¶ Ad p̄mū ergo otra hoc obiectū dicēdū q̄ ꝗuis spūsanct⁹ sit charitas ⁊ donum tū nōie charitatis ⁊ doni nō signat vt p̄sona subsistēs cui⁹ est agere: ⁊ ideo nō p̄t dici xp̄s cōcept⁹ de charitate vel dono si ly de dicat habitudinē cause efficientis ꝗuis forte posset concedi fm q̄ ly de signat rationē faciendi. ¶ Ad secundū dicendū q̄ de largo mō accipit p ex. ¶ Tertiū cōcedim⁹.

¶ Ad secūdum sic procedit. videt q̄ xp̄s fm q̄ homo possit dici filius spūsancti: humanā enī naturā quā assumpsit xp̄us tota per indifferentiā trinitas operata est: sed homo xp̄us iesus cōuenienter possit dici filius dei patris: ergo etiā potest dici filius spiritussancti vel totius trinitatis. ¶ P fm philosophū in. xv. de animalibus in generatione humana: materiam ministrat mater: actio vero ex semine patris est: sed omnē actionem quā facit semen hominis patris in generatione humana: facit in conceptione christi spiritussanct⁹ ⁊ multo efficacius: si ergo rōne illarū actionū dicit vn⁹ homo pater alterius: videt q̄ spūsanctus dicit pater xp̄i fm humanā naturam. ¶ P ex hoc homo dicit pater hois: quia genuit eū ex matre simile in sua natura: sed potest dici vt videtur q̄ spūsanctus genuit christū ex maria virgine sicut etiā dicit in glo. Matthei. iij. q̄ de⁹ ex sara genuerit filiū: cū ergo xp̄s ⁊ spūsanctus sint eiusdē nature: videt q̄ spūsanct⁹ possit dici pater xp̄i. ¶ Sz otra ē auctoritas Augu. in lra. ¶ P sicut supza p̄ma dis. dixit magister. ideo fili⁹ ⁊ nō p̄r aut spūsanct⁹ assumpsit carnē: ne nomē filij trāsiret ad aliā p̄sonā: ꝫ nō est min⁹ inconueniēs q̄ nomē p̄ris trāseat ad aliā p̄sonā ꝗz nomē filij: g̃ nomē p̄ris nō debet trāsire ad p̄sonaz spūsancti vt dicat pater xp̄i. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ possit xp̄us dici filius trinitatis: xp̄s enī fm q̄ hō creatura ē: ꝫ nos dicimur filij trinitatis p creationē. Deut. xxxij. nūq̄d nō ipse ē pater tuus ⁊c. ergo ⁊ xp̄us p̄t dici filius trinitatis fm q̄ homo. ¶ P Deb. ij. vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratrib⁹. glo. fm humanā naturā fm quā fratres habet: fm aūt diuinā nō habet: ꝫ fratres dicūt q̄ ex eodē patre nasc̄ūt: cum ergo

pater eoꝝ q̄ dicūt fratres xp̄i sit tota trinitas: videt q̄ etiaꝫ xp̄i hoīs ſm humanā naturā. ¶ P̄ cuiuslibet grām habētis dicit pater tota trinitas. Joh.j. dedit eis ptātē fi. dei fi. ſz xp̄s plenissime habuit gratiā: ergo p̄ōt dici filiꝰ totiꝰ trinitatis inquātū est hō. ¶ Sz cōtra. sicut infra ꝓbat dis.x. xp̄s nō est filiꝰ nisi naturalis: ſz nālis filiꝰ nō est trinitatis: ſz patris tantū: ergo xp̄us nō p̄ōt dici filius trinitatis. ¶ P̄ ſm Damasce. filiatio nō determinat naturā ſz personā. Sz in xp̄o q̄ꝫ sint due nature nō est ibi nisi vna persona eterna: cū igit ſm personā eternā nō possit dici filiꝰ trinitatis: nullo mō p̄ōt dici filiꝰ trinitatis. ¶ R° dicendū ad p̄mā questionē q̄ ſm Augu. in lra. xp̄s nō est filiꝰ: neq; spūſſancti neq; trinitatis: ſz tātū dei patris: ſz hoc diuersa rōne a diuersis negat. q̄dā negāt hoc nō tāq̄ simpliciter falsuꝫ: ſz tāq̄ incōueniēter dictū: vtpote ꝑstans occasionē errādi: ꝛ circa eternā generationē filij in qua seq̄ret q̄dā confusio relationū: si filiꝰ diceret suiipsiꝰ filius ꝛ spūſſancti. Et circa generationē eiꝰ tēpoꝛalē ne videat spūſſanctꝰ de sua substantia xp̄m genuisse ſm hoīez si pater eiꝰ diceret. Et sicut non p̄ōt dici filiꝰ trinitatis simpliciter: ita nec per creationem vt emitet erroꝛ arrij q̄ dicit xp̄m puꝝ creaturā. Neq; per gratiā vt emitet erroꝛ Nestoꝛij. q̄ dixit duas personas in xp̄o: ꝛ vnionē dūitatis ad hoīez xp̄m esse tm̄ per gratiā: non in persona. Cōcedūt tm̄ aliqui q̄ p̄ōt dici Iste hō filiꝰ trinitatis per creationē: si ly iste hō dicit suppositū siue indiuiduū hoīs: nō personā filij dei: nullo tm̄ modo filiꝰ dei p̄ōt dici filius trinitatis ꝓpter repugnantiā relationū. Cōcedūt etiaꝫ q̄ quātū ad gratiā habitualē per quā tota trinitas habitat in aīa xp̄i: p̄ōt dici iste hō filiꝰ dei etiam ſm q̄ homo nō tm̄ trinitatis: q; ſm hoc nō habet iste cōparationē ad relationē quibꝰ distinguit trinitas: ſz quātū ad grām vnionis dicit tm̄ filiꝰ patris nālis. ¶ Sz hec opinio nō est cōueniens dictis Aug. q̄ simpliciter negat dici xp̄m eē filiū trinitatis aut spūſſancti. Nō enī hoc p̄ōt esse ad vitādū cōfusionē relationū: cū enī opposite vt q̄ est minoꝛ ꝛ eq̄lis patri: ꝛ etiaꝫ maioꝛ ꝛ minoꝛ seipso cōfusio sit ex inoꝛdinata permixtiōe aliquoꝝ nulla seq̄ret cōfusio: si ſm diuersas naturas: oppositas relatiōes filio attribuerem⁹ vl̄ spūi sancto rōne diuersoꝝ: cū etiā de filio rōne diuersarū nārū sine aliq̄ inconueniētia cōtraria p̄dicent: vt q̄ est passibilis ꝛ impassibilis. Et etiā relatiōes. Neq; etiā negāt hoc ad euitādū erroꝛē q̄ posset sequi: non enī magis patrocinat erroꝛ Arrij si dicat q̄ est filiꝰ trinitatis per creationē q̄ꝫ q̄ dicat ſm q̄ hō creatura q̄ tm̄ cōcedit. Et est sile de alijs erroꝛib⁹. ¶ P̄ hoc q̄ cōcedit iste hō filiꝰ trinitatis per creationē ſm q̄ dicit suppositū vel indiuiduū hoīs nō p̄sonā filij dei nō cōuenit secūde opinioni q̄ infra ponit dis.vi. ſm q̄ ille hō nō potest supponere nisi suppositū eternū. Similiter etiā q̄ xp̄us p gratiā habitualē nō cōpet ad relatiōes distinguentes p̄sonas nō videt esse rō q̄ nō possit dici filiꝰ trinitatis: q; nos dicimur p gratiā filii trinitatis: ꝛ tm̄ grā que in nobis est: est effectꝰ essentie dīne nō habēs respectū ad distinctionē p̄sonarū. Et ideo dicēdū aliter cū alijs. ſ. q̄ Aug⁹. hoc negat tāq̄ simpliciter falsuꝫ ꝛ impossibile. Filiatio enī est relatio consequēs gnātionē. generatio aūt ē via ad esse: esse aūt est q̄d suppositi a forma siue a nā. vñ cuꝫ filiatio ſm Damasce. sit determinatiua suppositi vl̄ ypostasis: nō p̄ōt aliq̄s dici filiꝰ alicuiꝰ nisi a quo accipit eē: esse aūt xp̄i ē vnū ad minꝰ q̄tuꝫ ad secūdā opinionē: vt infra dicet: hoc aūt eē nō habet xp̄s ab aliq̄ p̄sona dīna nisi a patre: vñ nō p̄ōt dici filiꝰ nisi p̄ris. Similiter etiā nō p̄ōt dici q̄ sit filiꝰ trinitatis per creationē vl̄ grām: q; q̄ñ in aliquo inuenit ꝑfecta rō alicuiꝰ noīs: nullo mō recipit illud nomē de eo cū determinatiōe diminuēte vt pz ex vbis Aug. in lra sicut plāta dr̄ viuēs impfectū ꝓpter aīam vegetabilē: q; nō hz esse cū aīa sensibili: aīal autē q̄ꝫ habeat eādē aīam nō dicit viuēs impfectū: q; hz eā cū aīa sensibili: xp̄s aūt habet veꝝ rōnē filiationis ad deuꝫ vñ nō est dicēdus filiꝰ per creationē neq; per grām: q; per hoc significat filiatio impfecta ad deū q̄ est ſm q̄d ꝛ nō simpliciter: ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q; nō est dicendū xp̄m ſm hoīez esse filiū patris per creationē neq; rōne formationis corpis xp̄i nisi quatenꝰ illa formatio terminat ad vnionez p̄sonalē per quā iste hō est nālis filiꝰ dei patris. ¶ Ad secūdū dicēdū q; spūſſanctꝰ facit illas actiōes nō mediāte semine ex se deciso q̄ ad patrē ptinet: ſz q̄si artifex: operādo in materiā exteriorē. ¶ Ad tertiū dicēdū q; spūſſanctꝰ non genuit xp̄m de btā virgine: q; ſm Damas. generare ē ex sua substātia aliū ꝓducere: ꝛ glo. illa sic exponēda ē: genuit id est fecit vt nasceret. Nec iterū spūſſanctꝰ est similis xp̄o in nā illa quā in vtero v̄ginis formauit: vñ nō p̄ōt spūſſanctꝰ dici pater xp̄i ſm hūanitatē. Quartū ꝛ quintū cōcedimus. ¶ Ad secūdā q̄stionē patz rñsio ex dictis. ¶ Ad p̄mū dicēdū q; creatura respicit cōiter nām ꝛ suppositū: filiatio autē respicit tātū suppositū. vñ humana nā in xp̄o dicit creata: non autē filia: ꝛ ideo inquātū hō nō p̄ōt dici filiꝰ per creationē: p̄ōt aūt dici creatura. ¶ Ad secūdū dicēdū q; xp̄s dicitur p̄mogenitꝰ in multis fratribꝰ ſm humanā naturā: nō quasi vnioꝺce filiꝰ cū alijs: ſz per analogiā: q; ipse filiꝰ naturalis ꝓpter vnionē in p̄sona: alij aūt filij adoptiui per assimilationē ad deū q̄ est per grām: sicut etiā dr̄ p̄mogenitꝰ creature inquātū ſm Basill. accipere cōe habz cū creatura vñ nō oportz q; ad eūdē patrē oīno referant. ¶ Ad tertiuꝫ dicendū q; alij dicūt filij adoptiui xp̄s aūt dicit per grām vnionis filiꝰ nālis: per grām aūt habitualē nō p̄ōt dici filiꝰ adoptiuꝰ: vt dicet infra dis.x. neq; etiā nālis. vñ nullo mō potest dici filius per gratiam. ¶ Alia concedimus.

## ¶ Questio secunda.

Deinde q̄rit de cōceptione xp̄i in cōparatiōe ad matrē cōcipientē. Et circa hoc q̄rūt duo. Primo vtruꝫ beata virgo possit dici mater hominis iesu christi Secundo vtrum debeat dici mater dei.

Ad p̄mū sic p̄ocedit. videt q; beata v̄go non possit dici mater illiꝰ hoīs. In cōceptione enī xp̄i btā v̄go ministrauit tm̄ materiā: q; totaꝫ actionē fecit spūſſanctꝰ: ſz ꝓpter materiā nō p̄ōt aliquid dici mater: fiē arboꝛ nō est mater scamni. Ergo btā v̄go nō p̄ōt dici mater illiꝰ hoīs. ¶ P̄ Matris ē descindere semē ad cōceptū: sed materia conceptionis xp̄i seperata ē a reliqua carne v̄ginis opatiōe spūſſancti: ergo nō p̄ōt dici mater. ¶ P̄ Sicut caro xp̄i opatione spūſſancti formata est de materia sumpta a beata virgine: ita ema formata est operatione dīna de materia sumpta ab adam: sed adā nō potest dici pater eue nec mater: ergo nec beata virgo p̄ōt dici mater xp̄i. ¶ P̄ Multo plus cōtulit ad cōceptionē xp̄i spūſſanctꝰ: q̄ beata v̄go: q; agēs est ꝓstātioꝛ in actiōe q̄ꝫ materia: ergo si spūſſanctꝰ nō p̄ōt dici pater xp̄i: nec btā virgo potest dici mater eius. ¶ P̄ Filiatio vt dictū est respicit ypostasim: sed ypostasis in xp̄o est vna tm̄ que ē eterna ſm quā xp̄s nō est a btā virgine. ergo nullo mō p̄ōt dici filiꝰ btē v̄ginis. ¶ P̄ In xp̄o est tm̄ vnū esse ex parte ypostasis quā cōsequit filiatio: sed illud esse nō habuit xp̄s a matre: ergo nō p̄ōt dici filiꝰ eius. ¶ Cōtra ē auctoritas euāgelij Math.j. Cū esset desponsata mater iesu ꝛc. Et in plurib⁹ alijs locis. ¶ P̄ Sicut supra dictū ē dis.iij. Btā v̄go in gnātiōe xp̄i cōtulit quicq̄d alia mulier cōferre dz ad gnātionē filij sui. Si ergo alie mulieres vere dicūt matres: ꝛ btā virgo vere p̄ōt dici mater xp̄i. ¶ R° dicendū q; btā v̄go vere p̄ōt dici mater xp̄i: cū q̄cq̄d fit de necessitate gnātiōis ex pte mris inueniat in btā virgine: maxime ſm opinionē Aristotē. q̄ vult q; formatio et oꝛganizatio coꝛpoꝝ nō fiat p vtutē actiuā mulieris: ſz solū p vtutē actiuā viri ꝛ q; semē mulieris nō est de necessitate cōceptiōis: q; q̄ñq; ꝓtingit impḡnari mulierē sine emissione seminis per hoc q; sanguinē mēstruuꝫ mistrat q̄ est materia cōceptus. Et hoc cōsonat ei q̄ dicit Damascen⁹ q; ex purissimis sanguinib⁹ v̄ginis formatū est coꝛp⁹ xp̄i non seminaliter: ſz virtute dīna. ¶ Sz huic vere maternitati de-

rogat per duos errores. Quorū vn⁹ ponit xp̄m nō verā carnē: sz fantasticā assumpsisse: ⁊ beatā virginē nō mulierē: sz angelū fuisse. vnde nec vera mater eēt. alⁱ⁹ vero ponit xp̄m nō carnē nature nostre assumpsisse: sz celestē secū portasse: ⁊ sm hoc btā vgo nō vere mater ei⁹ esset: qz q̄uis in ea natus esset nō tm̄ de ea. hi aūt errores verā humanitatē xp̄i negant vnde a fide catholica sunt alieni. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ nō solū materiā p̄stitit btā virgo ad cōceptionem xp̄i: sz materiā cōueniētē ad p̄ducendū aliq̄d file in specie ⁊ locū cōuenientē ⁊ nutrimētū cōueniēs cōceptioni fetus ⁊ hoc sufficit ad rōnē matris. ¶ Ad secūduz dicēdū q̄ sm p̄bm semē mulieris nō est de necessitate generatiōis: sz sanguis quē femina ministrat ad cōceptionē qui q̄dē in alijs mulierib⁹ seperat̄ per vtutē mulieris motā a viro: sz in btā vgine per virtutē spūssancti: nec hoc diminuit rōnē matris qz ista actio est p̄ambula ad cōceptionē. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ pater est p̄ncipiū actiuū in generatione: ⁊ ideo ad esse patrē non sufficit q̄ materiaz ministret sicut sufficit adesse matrē. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ licet spūssanct⁹ plus fecerit actiue in cōceptione xp̄i q̄z btā vgo nō tm̄ potest dici pater: qz nō inueniunt̄ in eo cōditiones que requirūt̄ ad cōditionē patris: sicut q̄ ex sua substantia: ⁊ similē sibi in specie filiū p̄ducat ⁊ alia huiusmodi. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ filiatio respicit ypostasim cōsequētē ad generationē: q̄uis ergo ypostasis filij dei sm generationē ei⁹ eternā nō sit a virgine: tm̄ sm generationē ei⁹ tēporalē ex ea est. ¶ Ad sextuz dicēdū q̄ esse geniti est ab agēte: mater aūt nō est agens in generatione: sz pater. vn̄ nō oportz q̄ esse filij sit a matre sed a patre: ⁊ ideo p̄bs dicit in. xvj. de aīalib⁹ q̄ in generatione mater dat corp⁹ ⁊ pater formā a qua est esse.

Ad secundū sic procedit. videt q̄ beata vgo non debeat dici mater dei: non enī est mater nisi sm q̄ ab ea accipit eē: sz nō accepit ab ea dīnitatē: sz humanitatē ergo nō debet dici mater dei: sz mater hois. ¶ P̄ in deo nō differt de⁹ ⁊ deitas: sz non p̄t dici mater deitatis: ergo nec p̄t dici mater dei. ¶ P̄ deus est cōe trib⁹ p̄sonis sz beata virgo nō est mater patris: nec⁹ spūssancti: ergo non debet dici mater dei. ¶ P̄ sicut naturā p̄duxit assumptā virgo generādo: ita etiā p̄duxit eā deus creādo: sz ratione nature assumpte nō dicim⁹ trinitatē creatricē dei: ergo nec debem⁹ dicere virginē matrē dei. ¶ P̄ magis debet cōcedi id q̄d est verū per se q̄z id q̄d est verū per accidēs: sed in hoc noīe xp̄s importat humana natura q̄z generādo virgo per se p̄duxit que in hoc noīe de⁹ importat: ergo magis debet dici mater xp̄i q̄z mater dei. ¶ Sz cōtra. Damas. in. iij. lib. dicit: Theotocos id est dei genitricē vere ⁊ p̄ncipaliter vginē p̄dicam⁹. ¶ P̄ sm Aug. talis fuit illa vnio que deū faceret hoīem ⁊ hoīez deū: sz virgo genuit hoīez: ergo ⁊ genuit deū Ergo est mater dei. ¶ P̄ Propter vnionē naturarū in p̄sona vna: vere dicim⁹ deū passuz q̄uis hoc fuerit sm humanā naturā: ⁊ sic p̄t dici de⁹ vere ex virgine natus Ergo etiā mater dei dici p̄t. ¶ R° dicēdū q̄ humanitas xp̄i ⁊ mīrnitas vginis adeo sibi cōnexa sunt vt q̄ circa vnuz errauerit: oporteat etiā circa aliud errare. Unde qz Nestorius circa būanitatē errabat aliā eē asserēs in xp̄o būanitatis ⁊ dīnitatis p̄sonā oportebat q̄ diceret vginē nō matrez dei sz hois: qz sm eū: de⁹ ⁊ hō nō est vn⁹ xp̄us. Quidā vero moderni errātes dicūt non posse vginē dici matrē dei ⁊ ne mater patris ⁊ spūssancti intelligat: cōcedūt tm̄ eā esse matrē filij dei: sz hi trepidāt timore vbi nō est timor: qz q̄uis hoc nomē de⁹ cōe sit trib⁹ p̄sonis p̄t tm̄ reddere locutionē verā p vna persona sm q̄d dicit de⁹ generat sicut cū dr̄ hō currit: solo petro currēte. vn̄ simpliciter cōcedēdū est virginē esse matrē dei: sicut cōfitemur iesuz esse verū deū. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ qz vna p̄sona est que subsistit in humanitate ⁊ dīnitate: ideo nature cōicant sibi sua idiomata id ē p̄prietates: vt dicit Damas. vn̄ sicut dicūt iudei crucifixisse dn̄m glorie q̄uis nō sm q̄ est dn̄s glorie: ita debet dici vgo est mater dei q̄uis eū sm dīnitatē nō genuerit. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ q̄uis deitas ⁊ de⁹ nō differāt re: differūt tm̄ sm modū significādi: qz deitas signat dīnā naturā in abstracto: vn̄ nō p̄t supponere p persona: de⁹ aut̄: qz signat naturā dīnā per modū cōcreti. id est habētē diuinitatē. potest credere locutionē verā p suppositō. ⁊ ideo qz btā vgo est mater filij dei: p̄t dici mater dei nō autem diuinitatis. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ q̄uis de⁹ sit cōe tribus p̄t tm̄ reddere locutionē verā p vno eoz vt dictū est: sicut cū dicit de⁹ generat reddit locutionē verā p patre. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ xp̄m nō dicim⁹ creaturā simpliciter: vt infra patebit. dicim⁹ tm̄ simpliciter eū natū: ⁊ ideo natiuitas p̄t trāsferri ad deū ⁊ nō creatio. Et p̄terea nasci nō est otra rationē deitatis sicut creari. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ beata vgo ē vere mater xp̄i: nō tm̄ dicim⁹ eā christotocon. id est xp̄i genitricem: qz hoc noīe inuentū est a Nestorio ad abolendū nomen theotocon. cū hereticis aūt nec noīa debemus habere cōia. vt dicit Hiero. sup̄ os. iij.

¶ Questio tertia.

Deinde querit̄ de cōceptione in cōparatiōe ad gratiā xp̄i per quā facta ē conceptio ⁊ circa hoc q̄runt̄ duo. p̄mo vtrū illā cōceptionē vl' vnionē aliq̄ meruerint p̄cesserint. scō vtr̄ gratia sit illi homini naturalis.

Ad p̄mū sic p̄cedit. videt̄ q̄ antiqui patres incarnationē meruerīt Isa. xxxvj. In semita iudicioz tuoz sustinuim⁹ te: sz ad iudiciū pertinet vt aliq̄d p meritis reddat̄: ergo aduēt⁹ filij dei in carnē quē sancti patres expectabāt eis p meritis reddēdus erat. ¶ P̄ Psal. Fiat misericordia tua dne su. nos. glo. insinuat̄ desideriū p̄phete de incarnatiōe ⁊ meritū impletiōis. ¶ P̄ q̄ meret aliq̄d meret̄ ⁊ hoc sine quo nō p̄t illud haberi. alias meritū cassum esset: sz sancti patres merebāt̄ vitā eternā ad quā puenire nō poterāt nisi filio dei veniēte: ergo merebāt̄ eius incarnationē. ¶ P̄ Oratio que fit ab aliquo pure ⁊ pseueranter: p se ⁊ ad salutē p̄tinēs: meret̄ sui impletionez: sz sancti patres hoc modo orabāt p incarnatiōe: vt patet Isa. lxiiij. vtinā dirūperes celos ⁊ descēderes: ergo eam merebātur. ¶ P̄ nos per fidē operantē per dilectionē quā habem⁹ de vita eterna quā expectam⁹ mereamur eā: sed similiter anti qui patres habebāt fidē per dilectionē operantē de incarnatione. ergo eā merebāt̄. ¶ P̄ hoc videt̄ ad min⁹ de beata virgine de qua cantat̄ que dn̄m omniuz portare meruisti. ¶ P̄ Bern. dicit q̄ fermentū q̄ō mulier abscondit sub tribus farine satis est fides beate vginis que tres substantias in vnā personam cōiunxit: sz hoc nō potuit facere nisi per modū meriti: ergo beata virgo meruit incarnationem per eā fieri. ¶ Sed cōtra. ad Tit. iij. Apparuit benignitas ⁊ būanitas saluatoris nostri dei nō ex operib⁹ iusticie ⁊c. sed benignitatē noīat ampli⁹ ostensam in christi incarnatione: ergo nō est sm merita. ¶ P̄ ad hoc est q̄ Ansel. dicit in littera. ¶ P̄ Incarnatio xp̄i est beneficiū impensum toti nature: sz meritū nulli⁹ hois p̄ter meritū xp̄i extēdit se ad totā naturā: ergo scti patres nō meruerūt incarnationē. ¶ R° dicendū q̄ Augustī. videt̄ intēdere in littera q̄ nulla merita illius hois p̄cesserūt vt filio dei in persona vniret̄: nihilomin⁹ tm̄ verū ē q̄ nulla merita etiā alioz: filij dei incarnationē meruerūt p̄p̄e loquēdo p̄pter tres rōnes P̄rima ē q̄ meritū puri hois nō extēdit se ad totā naturaz sic̄ supra dictū ē dis. j. vn̄ cū incarnatio sit q̄dā medicamētū toti⁹ nāe nō p̄t sub merito alicui⁹ cadere. ¶ Scōa aūt rō est: qz illud q̄ ē p̄ncipiū meredi nō p̄t cadere sub merito: incarnatio aūt ē quodāmō p̄ncipiū oīuz būanoz meritoz: qz oia nr̄a merita a xp̄o efficaciā habēt q̄ quē veritas ⁊ gr̄a facta ē. Tertia rō ē: qz meritū būanū nō se extēdit vltra cōditionē būanā q̄ in hoc cōsistit vt q̄s mereat aliquaz dīnitatis ⁊ btitudinis p̄ticipationē: sz q̄ tota plenitudo diuinitatis habitet in hoīe hoc excedit ⁊ cōditionē ⁊ meritū būanū. vn̄ nullo mō p̄t cadere sub merito nisi large meritū dicam⁹ oēm p̄perationē ad aliq̄d habendū q̄ō p̄cessit in

humano genere. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ per iudiciū reddit aliquid alicui q̄ prius sibi debeb̄: nobis aūt nō debebatur filij incarnatio quasi ex merito: sz ex diuina ꝓmissione: z quantū ad hoc saluab̄ ratio iudicij. ¶ Ad secundū dicendū q̄ glosa illa loquit̄ de merito cōgrui z non de merito cōdigni quod ꝓprie dicit̄ meritū. vel dicendū q̄ completio incarnationis cōsistit in vltimo effectu eius scilicet in vltima reparatione humani generis que aliquo modo cadebat sub merito: maxime sm q̄ reparationis terminus cōsistit in peruētione ad vitā eternā. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ aliqua sunt sine quib⁹ vita eterna haberi nō potest que sunt cōcomitantia ipsam sicut visio dei z impassibilitas: z de his verū est q̄ mereb̄ ea qui meretur vitam eternā. quedam vero sunt que sunt ducētia ad vitam eternā sicut ꝓncipia merendi: z talia non cadunt sub merito: sicut gratia z huiusmodi: z inter illa pōt computari incarnatio filij. Vel dicendū q̄ sine incarnatione poterat inuenire ad vitā eternam: q̄ fuit alius modus possibilis nostre salutis: vt dicūt sancti. ¶ Ad quartū dicendū q̄ ipsi nō petebant incarnationē quā indubitanter credebāt futuram: sed petebāt ei⁹ accelerationē. Vel dicendū q̄ nō petebant pro se: q̄ nō petebant aliquid fiendū in ipsis petentib⁹. ¶ Ad quintū dicendū q̄ quāuis mereamur vitā eternam per fidē operantem per dilectionē: nō tamen oportet hoc dicere de incarnatione: q̄ vita eterna est beneficiū ꝓstitū tantū persone merentis: incarnatio aūt beneficium ꝓstitū toti humane nature. ¶ Ad sextū dicendū q̄ beata virgo non meruit incarnationē: sz ꝓsuppositā incarnatiōe meruit q̄ per eam fieret nō quidē merito cōdigni: sed merito cōgrui inquantū decebat q̄ mater dei esset purissima z perfectissima virgo: z per hoc patet etiam solutio ad alia.

Ad secundū sic procedit̄. videt̄ q̄ gratia non sit illi homini naturalis: gratia enī z natura diuidūt̄ ex opposito: sz vnū oppositorū non denominat aliud ergo gratia non debet dici naturalis. ¶ P̄ naturale est q̄ ex ꝓncipijs nature causat̄ sicut igni ferri sursum: sz ex humana natura nō causat̄ gratia: ergo non debet dici naturalis. ¶ P̄ Xp̄s est eiusdē nature cū alijs hoīb⁹: sed alijs hominib⁹ gratia nō est naturalis: ergo nec sibi. ¶ P̄ per naturalia nō meremur: sz xp̄s meruit per gratiā quā habuit: vt infra dicet̄: ergo nō fuit ei naturalis. ¶ Sed contra. cause ꝓxime rerū naturaliū sunt naturales: sed xp̄s per gratiaz est naturalis filius: ergo gratia est ei naturalis. ¶ Ulterius videt̄ q̄ xp̄s diuina gratia vl̄ diuinitate nō sit replet⁹ corporaliter q̄ō in littera dicit̄. Dē enī q̄ō est in aliquo corporaliter: est in eo per circūscriptionē: sz diuinitas non potest esse circūscripta: ergo nō potest habitare in xp̄o corporaliter. ¶ P̄ Deus magis elōgat̄ a corporeitate quā angelus qui in cōparatione dei corporeus est: vt dicit Damas. sed angelus nō est in aliquo loco vel corpore corporaliter: ergo multo min⁹ diuinitas. ¶ P̄ Deitas in hoīe nō habitat nisi per gratiam: sz gratia nō est in corpore: ergo deitas nō potest habitare in aliquo corpaliter. ¶ Sed cōtra. Diuinitas iuncta est toti humane nature: sz corp⁹ est pars humane nature: ergo vnita est corpori. Ergo habitat in christo etiā corporaliter. ¶ R° dicendū ad primā questionez q̄ de gratia christi possum⁹ loqui dupliciter. Aut de gratia vnionis: aut de gratia habituali qua aīa eius perfecta est. Gratia aūt vnionis dicitur xp̄o naturalis: q̄ ordinatur ad vnionē in personā diuinā sm q̄ ille homo dicit̄ naturalis filius patris. Gratia vero habitualis pōt etiā dici xp̄o naturalis dupliciter. Uno modo: q̄ ad motū ꝓprietatū naturaliū se habet que suū subiectū inseperabiliter cōsequūtur. Alio modo quia ex altera suarum naturarū causat̄: scilicz ex diuina natura nō aūt ex humana. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ gratia vnionis dicit̄ quidē gratia quantū ad causam: quia eam nulla merita precesserūt: sed dicit̄ naturalis quantū ad effectū: quod est esse filiū naturalē: vt dictū est. Gratia aūt habitualis dicit̄ gratia ratione humane nature naturalis ratiōe diuine: vel ratione humane nature: inquātum inseperabiliter inest. Et per hoc patet solutio ad alia. ¶ Ad id quod vlteri⁹ querit̄. Dicendū q̄ plenitudo diuinitatis dicit̄ corporaliter habitare in xp̄o tripliciter. Primo modo q̄ deitas nō tm̄ aīe: sz etiā carni vnita est. Scōo per similitudinē ad tres dimēsiōes corporis: q̄ diuinitas est trib⁹ modis in xp̄o. Uno mō generali sicut est in oībus creaturis per essentiā ꝓsentiā z potentiā. Et in hoc consistit quasi longitudo. Alio mō speciali ꝓut est in sanctis per gratiā per quā est latitudo charitatis. ¶ Tertio mō in ꝓprio filio. s. per vnionē in quo est sublimitas z ꝓfundum. Tertio dicitur corpaliter habitare ad similitudinem corporis sm q̄ diuidit̄ cōtra vmbrā. In sacramētis enī veteris legis fuit quasi in vmbris z signis. Heb. x. vmbram habens lex fu. bonorū ꝛc̄. In xp̄o aūt sm rem z veritatē. vnde xp̄us se habet ad illas figuras sicut corp⁹ ad vmbrā. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ corporaliter sm primā expositionē nō dicit modū existendi diuinitatē in xp̄o: sz magis id cui diuinitas cōiungit̄: sm aūt alios modos est similitudinarie dictū. vnde patz solutio ad secūdū. ¶ Ad tertiū dicēduz q̄ in alijs hoīb⁹ sanctis est de⁹ per gratiā acceptatiōis siue habitualē que est tantū in aīa: in xp̄o autē est per gratiam vnionis que est ad aīam z corp⁹. Uno notato tres intelligūtur. Cōtra dicim⁹ filiū dei incarnatū q̄ō nō intelligitur de patre z spūsancto. z dicēdū q̄ hoc est intelligendum de his que ad essentiā pertinēt quoz si aliquid de vna tm̄ persona dicatur oportet q̄ de alia intelligat̄. Nō est aūt cōcedendū. Sciendū est ergo q̄ hec prepositio ex denotat causam efficientē vel materialē: ad hoc aūt q̄ aliquid natum ex aliquo materialiter filiationis nomē accipiat: oportz q̄ in similitudinē speciei ꝓducat̄ cū eo ex quo nascit̄: sicut filius matri: z ideo capilli z lūbricus nō dicunt̄ filij eius ex quo materialiter nascunt̄. ad hoc etiā q̄ aliquid natum de alio actiue dicat̄ filius ei⁹: oportet q̄ producat̄ de substantia agētis: z in similitudinē eiusdē speciei: z q̄ nō sit agens instrumētale sed ꝓncipale: ꝓme aūt due cōditiones deficiūt in spiritusancto: vnde xp̄s non pōt dici filius ei⁹. scda autē z tertia deficiunt in aqua: quia renat⁹ spiritualiter nō assumit similitudinē aque: sed similitudinē dei: z aqua est instrumentū diuine virtutis operantis in eo tamē Diony. sius. ij. ca. Eccle. Jerarch. vocat aquā baptismi matrem filiolitatis: sed non ꝓprie dicitur. ¶ Dicuntur filij gehenne Sciendū q̄ hoc dicit̄ sm modum loquendi consuetum in scripturis vt illud quod magnā habet affinitatem ad alterum: filius eius dicat̄ sicut Isa. iij. dicit̄ in corno filio olei id est in monte vbi abūdat oleū. z similiter ꝓmo Reg. xxvj. dixit Dauid de Abner q̄ filius mortis esset: q̄ morte valde merebat̄. Cōcept⁹ z nat⁹ de spūsctō. Quāuis vtrūq; horum possit dici z de spiritusancto z de matre: tamē magis ꝓprie dicit̄ conceptus de spiritusancto: quia cōceptionē in instanti spūssanctus operat⁹ est: nat⁹ aūt magis ꝓprie dicitur de matre que eum ex vtero produxit. vnde in ymbolo dicit̄ Conceptus de spūsancto: nat⁹ ex maria virgine. ¶ Factum ex semine. Roma. j. Contra Damasce. iij. li. ca. ij. Non seminaliter: sed cōditine per spiritūsanctū. Ad q̄ō dicendū q̄ Damasce. loquitur quantū ad ꝓximā christi generationē ex virgine: verbum apostoli intelligenduz est quantū ad remotos parētes ex quibus seminaliter mater christi processit. ¶ Cum aliud sit fieri aliud nasci: Contra fieri videtur esse cōmune ad omnē productionem qua aliquid incipit esse. Ad quod dicendū q̄ hoc est verū de facere sm q̄ cōmuniter sumit̄: ꝓprie tamē dicit̄ facere exercere aliquā actionē in exteriorē materiā sm q̄ dicit pl̄us in. vj. Ethi. q̄ ars est recta rō agibiliū. vñ ad oñdēdū q̄ conceptio xp̄i est ex ꝓncipio agēte extrinseco nō nāliter agēte sicut est in nra conceptiōe: ideo dic̄ apl's eū factū ex quo z nat⁹ z concept⁹ dici possit: quantuz est ex parte matris.

## DISTINCTIO .V.

¶Si persona uel natura personam uel naturam assumpsit ⁊ si natura dei sit incarnata.

Deterea inquiri oportet cuꝫ ex premissis ꝓstet verbū dei ⁊ carnem ⁊ animā simul assumpsisse in vnitatē persone: quid horum potiꝰ concedēdum sit. s. ꝙ persona personā uel ꝙ natura naturā: uel persona naturā: uel natura personā assumpserit: ⁊ an ita cōueniat dici diuinā naturā esse incarnatā sicut deus incarnatꝰ ⁊ verbū incarnatum sane dicit: hec inquisitio siue querēdi ratio iuxta sacraꝝ auctoritatū testimonia partim implicita atqꝫ perplexa: partim vero explicita est ⁊ aperta. Certuꝫ est enī et sine ambiguitate uerū ꝙ nō natura personā: nec persona personam ꝟ persona naturā assumpsit. Quod sanctorū subditis cōprobaꝫ testimonijs ⁊ astruit documentis. Augustinꝰ enī ait in libro de fide ad Petrū. Deus vnigenitus dū conciperet veritatē carnis accepit ex virgine ⁊ cū nasceret integritatem virginitatis seruauit in matre. Et paulo post. deus humanam naturā in vnitatē ꝑsone suscepit: qui se humilians per misericordiā incorrupte virginis vteruꝫ ex ea nasciturus impleuit. Formā ergo serui idest naturā serui in suam accepit deus ille personaꝫ. Item: deus enim verbuꝫ nō accepit personam hominis: sed naturam. Item dei filius vnigenitꝰ ut carnez hominis animāqꝫ mundaret: susceptione carnis animeqꝫ rationalis incarnatꝰ est. Vnde alijsqꝫ pluribus auctoritatibus euidēter ostenditur nō naturam personam: nec personam personam: sed personam naturam accepisse.

¶De parte questionis perplexa.

Ode quarto vero questionis articulo: vtrum scilicet natura naturam assumpserit: scrupulosa etiaꝫ inter doctos questio est: quia in hoc plurimum dissentire videntur: qui in sacra pagina auctoritati preclari alijs doctiores extiterunt. Nec tm̄ alij ab alijs: uerum etiam idem a seipsis dissonare uidentur: sicut subiecta capitula docent.

Legitur enim in tolletano cōcilio. viij. traditum sic. Solum uerbuꝫ caro factum est ⁊ habitauit in nobis: ⁊ cum tota trinitas operata sit formationē suscepti hois: quoniā inseperabilia sunt opera trinitatis: solus tamē filius accepit hoiem in singularitatē persone: nō in unitatē diuine nature. i. id qō proprium est filij nō qō cōe est trinitati. Itē in tolletano cōcilio. xj. unusꝰ substantie credimꝰ deū patrē ⁊ filiū ⁊ spiritū sanctum nō tm̄ dicimus: ut huiꝰ trinitatis unitatem maria uirgo genuerit: sed tm̄ filiū qui solus nostram naturam in unitatem persone sue assumpsit. Incarnationeꝫ quoqꝫ huius filij dei tota trinitas operata esse credēda est. Solus tamē filius formā serui accepit in singularitatem persone. Vnde insinuare uidetur ꝙ persona tm̄ naturam: nō natura naturam assumpserit. Si enim quod cōmune est trinitati non accepit hominē: ergo non natura diuina que cōmunis est tribus personis. Cui uidetur obuiare quod Augustinꝰ ait in libro de fide ad Petrum: nec diuinitas inquit christi aliena est a natura patris: ſm id quod in principio erat uerbum nec humanitas eius aliena ē a natura matris ſm id quod uerbum caro factum est. Illa enim natura que semper genita manet ex parte: nostram naturam sine peccato suscepit ut nasceretur ex uirgine. Hac auctoritate uidetur tradi ꝙ diuina natura humanam suscepit: ubi uehemēter moueri possumus ꝙ eam genitam eternaliter ex patre dicit: nisi forte naturam ꝓ persona hic accipiat: alioquin si dixerimus naturam tribus personis communem genitam esse occurrūt nobis ex aduerso que in tractatu de trinitate discernimus: vbi diximus nō naturam naturam: sed personam personam genuisse: quia si natura genuisset naturam: cum vna eademqꝫ sit natura trinitatis: eadeꝫ res seipsam genuisset quod Augustinꝰ fieri posse negat. Sed alibi certum reperimus documētū quo natura naturam assumpsisse mōstratur. Ait enim Augusti. in primo libro de trinitate. Etiam seipso christus minor factus est formam serui accipiēs. Neqꝫ enim sic accepit formam serui ut amitteret formam dei: in qua erat equalis patri: ut ⁊ in forma serui ⁊ in forma dei idem ipse sit vnigenitus filiꝰ ꝑis: qꝫ forma dei accepit formā serui. Si aūt forma ſui formā ſui accepit sine dubio natura naturā accepit: forme enī noīe natura significatur ut Augu. euidenter docet in libro de fide ad Petrū Cum inquit de christo audis: quia in forma dei erat: oportet te cognoscere firmissimeqꝫ tenere in illo forme nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma igitur dei erat: quia in natura dei patris semper erāt de quo natus erat Hylarius quoqꝫ in libro. xij. de trinitate ait: esse in forma dei nō alia intelligētia est qꝫ in dei manere natura: dedicisti nomine forme intelligentiam fieri nature: ⁊ audisti ꝙ forma dei formam serui suscepit: vnde consequens est qō natura diuina naturam humanam suscepit. Quod etiam Ieronymꝰ in explanatione fidei euidenter insinuat inquiēs passus est filius dei non putatiue: sed vere. ſm illud passus est quod pati poterat. id est nō ſm illam substantiam que assumpsit: sed ſm illam que assumpta est. Ex quo apparet diuinam substantiā assumpsisse humanam. Ex verbis autem Augustini superius positis adhibita diligentia innui videtur solum verbum carnem factum: ⁊ naturam solum suscepisse humanam: ⁊ diuinā naturā eandem accepisse. Ait enī. Trinitas nos sibi recōciliauit ꝑ hoc qō solū verbū carnē ipsa trinitas fecit: in quo sic veritas incōmutabilis manet dine hūaneqꝫ nature: ut sicut vera semꝑ ē eiꝰ dinitas quā de ꝑe habet: ita vere semꝑ atqꝫ incōmutabilis eiꝰ sit hu-

manitas quã sibi vnitam summa diuinitas gerit. Ecce ꝛ solũ verbũ dixit carnẽ factũ et humanitatẽ dinitati vnitã. Jdẽ quoqꝫ superiꝰ dixit seruilẽ formã a solo filio susceptã quá tota trinitas fecit: iam facile ẽ cognoscere ꝯ diuersa ꝛ multiplicia super ꝙstione ꝓposita auctores tradiderint. Jdeoqꝫ posteriores ea legentes varias atqꝫ cõtrarias ex prędictis occasionez sumentes promunt sententias.

¶Quid de hoc tenendum sit.

Nos aũt ois mẽdacij ꝛ contradictionis notã a sacris paginis secludere cupiẽtes: orthodoxis patribꝰ atqꝫ catholicis doctoribus nulla praue intelligẽtie suspitione notatis: cõsentimꝰ dicẽtes: ꝛ personã filij assumpsisse naturã humanã: ꝛ naturã diuinã humane nature in filio vnitã: eãqꝫ sibi vnisse vel assumpsisse. vnde ꝛ vere incarnata dicit. Qõ vero dicit solꝰ filius formã assumpsisse serui: ꝓ hoc nõ excludit dina natura ab acceptiõe seruilis forme: sꝫ alie due psone pater. s. ꝛ spũssanctꝰ. Jtez ꝛ illud aliud. s. id qõ est ꝓpriũ filij: nõ qõ cõe est trinitati hoiez accepit: sic oportz intelligi. i. ꝓprie ypostasi filij: nõ in tribꝰ cõiter personis dina natura humanaz sibi vniuit. Qui sensus ex verbis Joãnis Damascẽ. cõfirmat: q̃ totã dinã naturã in vna ypostasion incarnatã eẽ euidẽter asserit dicẽs: Jn humanatiõe dei verbi aimꝰ oẽm et pfectã naturã deitatis in vna eiꝰ ypostasion incarnatã eẽ. i. vnitã hũane nature: ꝛ nõ ptẽ parti. Omni enim hũane nature aimꝰ vnitã eẽ oẽm deitatis naturã vel substãtiã. Jtẽ. Eadez est natura in singula ypostasion. i. psonarũ. ꝛ qñ dicimꝰ natura verbi incarnatã cẽ ꝑm btõs ꝛ athanasiũ ꝛ cirillũ deitatẽ dicimꝰ esse vnitã carni: ꝛ vnã naturã dei verbi incarnatã cõfitemur. Verbũ aũt ꝛ qõ cõe ẽ substãtie possidet: ꝛ qõ ꝓprietatis ẽ habẽs ypostasios. i. psone. Ex his manifeste oñdit ꝙ natura dina incarnata ẽ vnde ꝛ eadẽ vere dr suscepisse humanã naturam.

¶An diuina natura debeat dici caro facta.

Sed querit vtrũ eadem diuina natura debeat dici caro facta sicut verbũ dicit factũ caro. Si enim idẽ est incarnari ꙙ est carnez fieri: videri potest ita debere dici ꙙ sit caro facta sicut dicit incarnata. Ad qõ dicimꝰ: quia si illud dictum in sacra scriptura reperiret ex eadẽ intelligẽtia acciperet qua cum dicit incarnata. Sed quia illud auctoritas subticuit atqꝫ locutionis modus nimiã videtur facere expressionẽ: si natura diuina diceretur caro facta: melius hoc silere puto vel negare ꝯ temere asserere: ne si illud dicatur cõuertibilitas nature in naturam significari putetur. Ex premissis indubitabiliter constat ꙙ verbi persona siue natura hominis naturã scilicet carnem ꝛ animam assumpsit: sed nõ personã hominis. Si autẽ natura diuina naturã hominis accepit: quare nõ dicit facta homo vel esse homo sicut verbum dei. Ad quod dici potest ꙙ dei filius dicit factus homo vel esse homo: nõ solum ꙙ hominẽ assumpsit: sed ꙙ ipsum in vnitatem ꝛ singularitatẽ sui. id est persone accepit. Natura autem diuina hominez quidem accepit. id est hominis formã sibi vniuit: sed nõ in singularitatẽ ꝛ vnitatẽ sui. Seruare enim proprietate ac diuersitate duarum naturarum persone singularitas extitit. Jdeoqꝫ non sic dicit diuina natura esse homo vel facta homo sicut dei filius: quidem tamen indifferenter vtrũqꝫ cõcedũt.

¶Quare nõ accepit personam hominis cum hominem acceperit.

Ideo vero non personam hominis assumpsit: quia caro illa ꝛ anima illa non erant vnita in vnam personam quã assumpserit: quia non ex illis constabat persona quando illis vnitum est verbũ. Nam sibi inuicem sunt vnita simul cum verbo vnita sunt: altera tamen vnione inuicem vnita sunt illa duo scilicet anima ꝛ caro: alia vnione verbo vnita sunt: quia alia est vnio anime illius ad carnem: ꝛ alia vnio verbi ad animam illam ꝛ carnẽ. Non ergo accepit verbum dei personã hominis: sed naturã: quia non erat ex carne illa ꝛ anima illa composita persona vna quam verbum acceperit: sed accipiendo vniuit: ꝛ vniendo accepit.

¶Contra hoc oppositio qua probare quidaz volunt personam accepisse personam.

Hic a quibusdaz opponitur ꙙ persona assumpserit personã. Persona enim est substantia rationalis indiuidue nature: hoc autem est: ergo si animã assumpsit ꝛ personã. Qõ ideo non sequit: quia anima nõ est persona quando alij rei est vnita personaliter: sed quando per se est. Absoluta enim a corpore persona est sicut angelus. Illa autem anima nunquã fuit quin esset alij rei coniuncta: ideoqꝫ non ea assumpta persona assumpta est. Aliter quoqꝫ nituntur probare verbum dei assumpsisse personaz: quia assumpsit aliquem hominẽ: assumpsit enim hominez iesum christum: ergo aliquẽ hominẽ. Qõ autem hominẽ iesum christũ assumpserit. Augu. in expositione symboli sub anathemate tradit dicens: Si qs dixerit atqꝫ crediderit hominez iesum christum a filio dei assumptuz non fuisse: anathema sit. Qui etiam in pluribus scripture locis huiusmodi vtitur locutionibus. Jlle homo a verbo dei est assumptus: ille homo factus est christus. Et propheta de homine christo loquens deo ait: Beatus quem elegisti ꝛ assumpsisti. Ex quibus consequi videtur ꙙ aliquis homo assumptus sit a verbo: ꝛ ita persona assumpta sit a persona. Sꝫ quia hoc nephas dicere est aut sentire: premisse locutiones eisqꝫ similes ꝑm hanc intelligentiam sane accipi debent vt homo christus siue homo ille siue quidam homo dicatur assumptus a verbo siue vnitus verbo non quia hominis persona sit assumpta vel vnita verbo: sed quia anima illa ꝛ caro illa assumpta sũt ꝛ vnita verbo: in quibus subsistit dei ꝛ hominis persona: vt ad hominis naturã nõ ad personã respicias: cũ assũptũ vel vnitũ vel quẽdã uel aliquẽ in huiusmõi locutiõibꝰ scriptura memorat. Quo circa cũ querit sine ꝓposita auctoritate: an aliquis

vel q̄dā hō sit assumpt⁹ a verbo: vel vnit⁹ verbo sine distinctione intelligētie: nō est hic reddenda respōsio: qm̄ multiplex p̄missa ē q̄stio: sz instātiā q̄rētis ita determinato. Si de hois persona queris: respondeo q̄ non. si de hois natura: dico est.

¶ Postq̄z determinauit magister circa incarnationez diuinā quid sit assumens z q̄d assumptū. Nic determinat de vtroq̄z sil' cuiusmodi sit quātū ad intētiones eoz. vtrū. s. assumēs z assumptū habeāt rōnē nature vl' persone. Et diuidit in tres partes. In p̄ma mouet questionē. In secūda determinat eā ibi: Hec inq̄sitio. In tertia mouet quasdā dubitatiōes circa determinationē ibi: Sz queritur vtrū eadē d. Prima diuidit in duas. p̄mo determinat q̄stionē q̄tū ad id q̄ō manifestat veritatē. Scōo q̄tū ad id q̄ō ē magis dubiū in q̄stione ibi: De quarto vero q̄stionis. Et hec pars diuidit in tres partes. In p̄ma ponit auctoritates ad vtrāq̄z partē dubitatiōis. In secūda soluit ibi: Nos aūt oīs mendacij. In tertia solutionē per auctoritates. Damasce. cōfirmat ibi: Q⁹ sensus ex verbis. Circa p̄mū tria fa. Primo inducit auctoritatē ad partē negatiuā. s. q̄ natura nō assumpsit naturā. secūdo ad partē affirmatiuā ibi: Cui videt obuiare. tertio ex auctoritatib⁹ inductis colligit dubitationē ibi: Ex verbis aūt Augu. Sed queritur vtrū eadem. Nic mouet quasdā dubitatiōes circa predictā determinationez. z primo quātū ad hoc q̄ dixit naturā diuinā incarnatā. secūdo quātū ad hoc q̄ dixit personā non esse assumptā ibi: Ideo nō persona hois assumpsit. Circa p̄mū d. f. p̄mo queritur vtrū dīna natura possit dici caro facta. secūdo vtrū possit dici facta hō ibi: Si aūt natura dīna. ¶ Ideo nō persona. Nic mouet dubitatiōes circa hoc q̄ dictū est personā hois nō esse assumptā: z circa hoc d. f. primo assignat huius dicti causam. secūdo obiicit in cōtrariū: ibi hic a quibusdā opponit. Et diuidit hec pars in duas obiectiōes quas ponit. scōa incipit ibi: Alio quoq̄z intendit. Et vtraq̄z diuidit in obiectionē z solutionē. Prima solutio incipit ibi quod id non sequitur. Secunda ibi: quia nephas est hoc dicere. ¶ Dic est triplex questio. Prima ē de vnione. Secunda de assumente vnionem. Tertia de assumpto.

¶ Questio prima.

Ad primū sic ꝓcedit. videt q̄ nō fuerit aliqua compositio aīe ⁊ corporis in xp̄o supra enī dis. ij. probauit magister q̄ noīe humane nature intelligit aīa ⁊ corpꝰ: nec ita accipit in xp̄o sicut in alijs: cū ergo in alijs hoīb⁹ accipiat humana natura ꝑ eo q̄ cōpositū est ex aīa ⁊ corpore videt q̄ in xp̄o accipiat ꝑ partibꝰ non cōpositis. ¶ Damas. dicit q̄ in dño ihesu nō est cōmunē speciē accipere: sz ex aīa ⁊ corpe vnitis cōsurgit natura speciei: ergo videtur q̄ nō fuerūt ad inuicē vnita in xp̄o. ¶ Post vltimā cōpositionē nō potest esse alia cōpositio: sz vltima compositio in natura est aīe rōnalis ad corpꝰ: ergo si ista vnio esset in xp̄o nō posset sequi vnio ad diuinā personam. ¶ Aīa nō cōiūgit carni nisi coꝝ viuificet ipsam: sz caro poterat viuificari ex vnione ad ipsaz vitā scilicet vbū: ergo non opoꝝtuit q̄ carni vniretur. ¶ Sz cōtra homo vniuoce dicit de xp̄o ⁊ aliis hoīb⁹ alias nō esset eiusdē speciei: nec per eum deberet satisfieri ꝑ peccatis: humani generis: sz de rōne hominis sm q̄ predicat de alijs est cōpositio aīe ⁊ corporis: ergo ⁊ in xp̄o fuit vnio aīe ⁊ carnis. ¶ Corpꝰ non est animatū: nisi aīa cōiūgat ei quasi forma: si ergo aīa nō fuisset vnita corpori xp̄i quasi forma fuisset corpꝰ illud inanimatū: ⁊ ita nō fuisset assumptibile. ¶ Ad. dicēdū q̄ vnio anime ad carnē cōstituit rationē hoīs ⁊ oīuz partiū eius. vnde remota aīa nō dicit homo: nec oculus nec caro nec equinoce sicut homo pictꝰ: ⁊ ideo si tollat vnio aīe xp̄i ad carnem eiꝰ sequit q̄ nō sit homo verus: nec caro eiꝰ vera: qō est cōtra articulū fidei: ⁊ ideo hec opinio tertia non solū est falsa sed heretica ⁊ in cōcilio a papa Alexādro cōdēnata tamen ista opinio videt ex eodē fonte ꝓcessisse cuz prima scilicet ex hoc q̄ credebant omne cōpositū ex aīa ⁊ corpore habere rōnē hoīs: ⁊ ideo q⁊ prima opinio posuit aīam ⁊ corpꝰ vnita ad inuicem esse assumpta coacta fuit hoiem esse assumptū ⁊ xp̄m esse duo: hec autez opinio: vt hoc negaret posuit aīam ⁊ corpꝰ esse assumpta nō vnita. secūdo vero vtrūq̄ eoꝝ tat: vt dictū est. ¶ Ad ꝑmū ergo dicēdū q̄ nō fuit intentio magistri dicere q̄ per humanā naturā in xp̄o significet corpus ⁊ aīa nō vnita: nō enī quantū ad hoc assignat differentiā: sz quātū ad hoc q̄ humana natura in alijs consurgit ex oīb⁹ que substātialiter in ipsis sunt in xp̄o aūt nō: sed solūz ex corpore ⁊ aīa. ¶ Ad secūdū dicēdum q̄ Damas. loquit quātū ad vnionē diuinitatis ad humanā naturam ex qua nō cōsurgit tertia natura speciei: nō quantū ad vnionez aīe ad corpus. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ compositio aīe rōnalis ad carnē est vltima in operibꝰ nature: sz cōpositio hūanitatis ad personā verbi nō fit operatione nature: sz virtute diuina. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ verbū viuificat carnē christi actiue ⁊ non formaliter: ⁊ ideo requirit anima que forma liter viuificet.

Ad secundū sic ꝓcedit. videt q̄ humana natura accidentaliter verbo vniat ꝑ Philip. scō. habitu inuētus vt homo: ergo cū habitꝰ sit genꝰ accidētis videtur q̄ deus fuerit homo accidentaliter. ¶ Ꝑ. omne qō aduenit post esse cōpletū est accidēs: sz humana natura aduenit filio dei post esse cōpletū ipsiꝰ: ergo aduenit ei accidētaliter. ¶ Ꝑ sm philosophuz: in subiecto dicit esse qō est in aliquo nō sicut pars: sz humanitas in xp̄o nō est sicut pars vt dictū est: ergo est in eo sicut in subiecto: sz in subiecto eē est ꝓpriū accidētis: ergo vnit verbo accidētaliter. ¶ Ꝑ accidens est qō adest ⁊ abest ꝑter subiecti corruptionē: sz humana natura hoc mō se habet ad psonā filij dei: ergo vnit ei accidētaliter. ¶ Sz cōtra est decretalis alexādri pape: cū inquit xp̄s sit perfectꝰ deꝰ ⁊ perfectꝰ homo: qua temeritate audēt quidā dicere q̄ xp̄s sm qō homo nō est aliq̄d: sz predicatū accidētale nō ꝑdicat aliquid: sz aliqualiter se habēs ergo homo nō est ꝑdicatū accidētale. ¶ Ꝑ aristotelis in. j. phisicoꝝ dicit: qō vere est idest substātia: fit accidēs nulli: sz humanitas est substātia: ergo nō pōt dici accidēs alicui. ¶ Ꝑ si est accidēs opoꝝtz q̄ alicui accidat nō homini: q⁊ ꝑ se cōuenit ei humanitas: ergo accidit filio dei qō est cōtra Boe. qui dicit q̄ in deo nō est aliqō accidēs. ¶ Ꝛ°. dicendū q̄ q̄uis hoc qō est accidens in se possit esse aliquo mō substātia alicui vt color albedini. tñ qō est i se substātia nō pōt eē accidēs alicuiꝰ q̄uis cōiūctio vniꝰ substātie ad alterā possit eē accidēs vt si vna substātia alteri accidētaliter aduenire dicat sicut vestis hoī: sz hoc nō pōt eē nisi dupliciter vel q̄ cōiungat ei sm contactū sicut vestis homini: vel sicut doliū vino aut sicut mobile motori sicut angel⁹ cōiungitur coꝝpori qō assumit: ⁊ cū contactus nō sit nisi coꝝporū oporteꝫ dicere q̄ humana natura nō potest aduenire diuine persone: nisi sicut mobile motori: vt dicatur christꝰ hoc modo assumpsisse naturaz humanā: sicut angelus assumit corpus vt oculis mortaliū videat sicut dicitur in litera: ⁊ sicut spiritussanctus visus est in columba: hec autē assumptio nō vere facit predicari assumptū de assumēte: nec proprietates assumpti vere trāsfert in assumētē: nō enī angelꝰ assumēs coꝛpꝰ ad hoīs filiationē vere est hō: nec vere hz alias ꝓprietates hoīs: neq̄ spūssanctꝰ pōt dici minor seipso ꝓpter speciē colūbe in qua apparuit: vt dicit Aug⁹. vñ ptz q̄ hec opinio nō pōt dicere q̄ filiꝰ dei vere sit hō ve ⁊ sit passus: ⁊ ideo cū neget veritatē articulorum condemnata est quasi heretica: tamen etiam quantum ad hanc positionem procedit ab eodem fonte: cum prima scilicet ex hoc q̄ humana natura non assumeretur ad esse diuine persone. vnde ꝑma opinio ponebat q̄ assumptū habebat esse per se in quo subsistebat: hec aūt tertia opinio ponit q̄ nō subsistit assumptū neq̄ psona in eo: sz est eē accidētale supadditū.

¶ Ad primū ergo dicendū q̄ humana natura in xp̄o habet aliquā similitudinē cū accidente ꝛ precipue cū habitu quantū ad tria. ¶ Primo q̄ aduenit persone diuine post esse completū sicut habitus ꝛ omnia alia accidētia. Secundo quia est in se substantia: ꝛ aduenit alteri sicut vestis homini. Tertio quia meliorat̄ ex vnione ad verbū ꝛ non mutat verbum: sicut vestis format̄ fm formā vestientis ꝛ nō mutat vestientem. vnde antiqui dixerunt q̄ vergit in accidens: ꝛ quidē propter hoc addiderunt q̄ degenerat in accidens: quod tamē non ita proprie dicit̄: quia natura humana in xp̄o non degenerat: immo magis nobilitatur. ¶ Ad secundū dicendū q̄ quāuis adueniat post esse completum nō tamen est accidētaliter aduenies: quia trahit̄ ad vnionem in illo esse sicut corpus aduenit anime in resurrectione. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ quāuis nō proprie possit dici pars: tamen aliquid habet de ratione partis: quod non habet accidens: vt patz ex dictis. ¶ Ad quartū dicendū sicut ad secundū. ¶ Querit̄ an his locutionib⁹. Hic ponit tres questiones. prima est vtrū homo aliquid predicet de xp̄o ꝛ fm primā ꝛ secundā opinionē predicat aliquid: q̄ de eo predicatur in quid: quia est vnio substantialis. scōm vero tertiam opinionez non predicat aliquid: sed aliquo modo se habens. secundā questionem ponit ibi. Et an ita conueniat. vtrū homo factus sit deus: sicut deus factus est homo quod prima opinio cōcedit. secūda ꝛ tertia non proprie loquendo: vt in se quēti dis. patebit. Tertia questio est si per huiusmodi locutiones nō dicit̄ deus factus aliquid: quis erit in his intellectus. ꝛ hanc ponit ibi. Etsi ex his locutionibus. ¶ Alij enim dicūt. Hic ponit positiones prime opinionis nō omnes: sed qui sufficiunt ad intellectum eius. ꝛ prima positio est radix opinionis. scilicet q̄ anima ꝛ corp⁹ assumunt̄ vnita quod est cōtra tertiam nō solum ad cōstituendū humanitatē: sed etiam hominē quod est contra secundā: ꝛ hoc est q̄ dicit: hominē quendā: ꝛ q̄ ista vnio anime ad carnē ex qua constituit̄ homo precedit vnionem ad verbuz fm intellectū ꝛ hoc est q̄ dicit. ꝛ ille homo cepit ꝛc. nō autez tēpore: ꝛ hoc est q̄ dicit. In ipsa verbi incarnatione. secundā positionē ponit ibi. Concedūt etiam: ꝛ hoc est q̄ homo est assumpt⁹ ꝛ q̄ assumens est assumptū quod notatur in hoc q̄ dicit. Tamen esse verbū: ꝛ q̄ per assumptionem de⁹ factus est homo: vnde dicit. Et ea ratiōe. tertia est q̄ homo fact⁹ est deus ꝛ econuerso ibi. Unde vere dicitur. quarta est q̄ homo dicit compositū ex duabus substantijs ibi. Cumq; dicant. Sed ne de suo. Hic inducunt̄ auctoritates ad probandū primā opinionē. Et sciendū q̄ quattuor probāt predictas auctoritates. primū est q̄ xp̄s est duo qō probāt per primā auctoritatem que incipit ibi. Cum legit̄ ex illo verbo. Utrūq; simul vnā personam. Itē per secūdā que incipit ibi. Jesus xp̄us ex illo verbo. Utraq; substantia: scilicet diuina ꝛ humana. ex illo. Aliud propter verbuz Item per quartā que incipit ibi. Agnoscam⁹ geminā substantiā. ex illo verbo. Utrū aut simul. q̄ aūt dicit. Utraq; xp̄s intelligendū est non proprie dici: sed materialiter sicut paries ꝛ tectuz dicit̄ domū: q̄ vero dicit Aliud ꝛ aliud: intelligendū est alterius ꝛ alterius nature: scōm qō probatū est q̄ homo factus est de⁹ ꝛ hoc probāt per tertiā auctoritatem que incipit ibi. Quid natura humana. ex illo vbo. Quibus meret̄ iste homo. Item ex quinta que incipit ibi. Ille homo aūt a verbo. ex illo verbo. Ex quo ille homo esse cepit. Itē ex sexta que incipit ibi. Homo quicūq; ex illo verbo. Homo ille ab initio. Item ex septima q̄ incipit ibi. Gratia dei: ex illo verbo. Una cū illa persona fili⁹ dei fieret: qō qualiter intelligendū sit in sequenti dis. dicet̄. Tertium est q̄ homo sit assumpt⁹ ꝛ hoc probant per auctoritatez quintam que incipit ibi. Ille homo: que exp̄sse hoc dicit: ꝛ hoc in precedenti dis. solutum est: quia homo dicit̄ assumptus id est natura hominis. Quartū quod probant est q̄ homo constat ex duab⁹ substantijs per octauam auctoritatē que incipit ibi: Christū nō ambigimus: que exp̄esse hoc dicit: sed Hyl. loquit̄ quantū ad formam significatā nō quantū ad suppositum. ¶ Sunt autem alij. In hoc capitulo ponit positiones secunde opinionis: ponit ergo duas positiones eius in quib⁹ tota cōsistit. prima est q̄ assumptū est cōpositum ex anima ꝛ corpore per modū nature humane: qō patz ex hoc q̄ humanā naturā ex qua ꝛ diuina dicit xp̄m cōstare statim exponit per animā ꝛ corp⁹ ex quib⁹ nō cōstat natura humana: nisi fm q̄ sunt coniuncta ad inuicē: ꝛ q̄ hoc cōpositū sit homo habet ex vnione ad diuinā personā. vnde dicit q̄ homo ille nō tm cōstat ex anima ꝛ corpore: sed ex his ꝛ diuinitate: q̄ aūt dicit. In parte consentiūt: intēdit quantū ad hoc q̄ vtraq; ponit q̄ homo predicat de christo quid: ꝛ q̄ anima ꝛ corp⁹ sint vnita ad inuicem. secūda positio est q̄ persona verbi ante incarnationē fuit simplex: sed post est composita: ꝛ post hoc remouet duo incōuenientia que vident̄ sequi. primū est q̄ persona verbi sit alia q̄ prima qō remouet ibi. Nō est ideo alia per. scōm q̄ persona sit facta qō remouet ibi: nō tm persona illa. De hoc aug⁹. in libro sentētiarū. psperi. Hic ponit auctoritates probātes. secūdā opinionē ꝛ probāt duo scilicet q̄ est vna ypostasis ꝛ q̄ persona post incarnationē est cōposita: quod satis patet in littera. Sunt etiā alij. hic ponit positiones tertie opinionis. ꝛ ponit quattuor in quib⁹ tota cōsistit. prima est q̄ ex anima ꝛ corpore nō fit aliquid vnuz. ꝛ hoc ponit̄ statim in principio. secūda q̄ hec duo aduenirūt diuine persone accidentaliter sicut indumentū ꝛ hoc ibi. Sed sicut illa duo: ꝛ deinde remouet duo incōuenientia. vnum quod sequit̄ ex prima positione scilicet q̄ deus nō sit verus homo ꝛ hoc ibi. Q; ideo deus: sed constat q̄ nō potest euitare: q̄ remota vnione anime ad corp⁹ nō inuenit̄ veritas carnis: ꝛ preterea adhuc si sit vera caro ꝛ vera anima nō erit ver⁹ homo nisi sint vnita. scōm est quod sequit̄ ex secūda positione. s. q̄ si anima ꝛ corpus aduenerint accidētaliter nō pertineāt ad singularitatē diuine persone qō remouet ibi. Que duo etiam: patet etiā q̄ nō potest hoc inconueniens euitare: q̄ nō sequit̄ si nō addit ad numerū personarū: ergo pertinet ad singularitatē diuine persone sicut etiā columba in qua spiritussanct⁹ nō auget numerū personarū nō tamen pertinet ad singularitatez persone spūssancti. Tertia positio est q̄ persona verbi est simplex post incarnationē sicut ante in quo cōuenit cū prima ꝛ hoc ibi: Et quia ipsa persona vbi. quarta q̄ homo de deo nō predicat quid: sed habitū ꝛ hoc ibi. Qui fm habitū ꝛ hoc probat ad incōueniens ducendo ibi. Nam si essentialiter: quod tamē patet nō esse inconueniens. ¶ Ne autez illi de suo. Hic ponit auctoritates probantes hanc tertiā opinionem. primū quod probant est q̄ persona ista nō fuit mutata per incarnationē ꝛ q̄ humana natura nō auget numerū personarū ꝛ hoc per primā auctoritatem: sed hoc nō est contra secundā opinionē que q̄uis ponat personā compositā non tamen mutataz: nec sufficit ad probandū q̄ anima ꝛ corpus non pertineant ad singularitatē diuine persone: quia nō est auctus numerus personarum fm quod probatū est q̄ homo dicit̄ de deo fm habitū ꝛ hoc per secūdā auctoritatē ibi. Multis modis. que exp̄sse dicere hoc videt̄. Itē per tertiā q̄ incipit ibi. Si q̄rit̄ ipsa incarnatio ꝛc. ex illo vbo Indutū. Itē ex quinta sexta ꝛ septima que deū dicūt suscepisse hominē aut humanam naturā vt visibilis esset: q̄ nō oportet q̄ omne qō suscipit̄ fit accidēs. Itē ex vltima que incipit ibi. Quō fili⁹. ex illo vbo. Nō fuit habit⁹ ille tantū hoīs. i. puri hoīs: sed vt hoīs q̄ purus homo videbat̄ ꝓpter habitū: sed oīa hec per similitudinē dicit̄ ꝛ nō per ꝓprietatē sicut ex p̄dictis p̄z. tertiū est q̄ xp̄us dicat̄ hō: q̄ habuit corpus ꝛ aiam sibi vnita ex quarta auctoritate que incipit ibi. Dei fili⁹ ex illo vbo. In eo pleni⁹: sed hec auctoritas nō negat vnionē aie ꝛ corpis: imo magis ponit per hoc q̄ dicit verā naturam: nō enī est natura humana nisi ex cōpositione anime ꝛ corporis.

## DISTINCTIO SEPTIMA.

¶ Positis sentētijs probatisqz testimonijs intelligētias propositaruz locutionū exequit ſm singulas sententias: z prius ſm primam.

SEcundū vero primo dicit de⁹ fact⁹ homo: z homo fact⁹ deus Quia de⁹ cepit esse quedā substantia rōnalis: que ante nō fuerat: z illa substātia cepit esse de⁹ z hec gratia nō natura uel meritis habuit. Vnde recte dicit xp̄s inquātū hō predestinat⁹ esse fili⁹ dei: huic autē sentētie opponit si illa substātia cepit esse de⁹ z de⁹ illa. Quedā igit substātia ē deus: que nō semp fuit de⁹: z quedā substantia ē deus que nō est dīna substantia: z de⁹ est aliqd qō nō semp fuit: qō z illi concedūt origenis testimonio innitētes qui ait: Fact⁹ est sine dubio id qō prius nō erat: sed addidit ſm carnē: ſm deū vero erat prius: z nō erat quādo nō erat. Alijs quoqz plurib⁹ modis illi sententie pōt opponi q̄b⁹ supersedem⁹ exercitationis studiū lectori relinquentes: z ad aliam properantes.

¶ Nic explanat secundā sententiam: z eozundem locutionum sensus.

IN secūda vero sentētia hui⁹ distinctionis talis videt ratio: ut cū dicit: deus fact⁹ est homo: intelligatur cepisse esse subsistēs ex duabus naturis uel tribus substātijs. z econuerso homo factus est de⁹: quia subsistēs in duab⁹ naturis cepit esse deus: uel potius homo fact⁹ est deus: z ecōuerso dicit: quia de⁹ assumpsit hominē: z homo assumpt⁹ est a deo. Vnde Augu. dicit in libro de trinitate: talis fuit illa susceptio que homnē faceret deū: z deū hominē. Variatur aūt intelligentia: cum dicit. deus est homo: z homo est de⁹. Dicitur enim de⁹ esse persona subsistens in duab⁹: z ex duabus naturis: z persona subsistēs in duab⁹ z ex duabus naturis dicit esse deus. id est verbū vel natura diuina. Potest enim predicari persona simplex ut natura de persona composita. Non est autem ut ait Johānes Damascenus idem dicere naturam uel personam.

¶ Qō est idem dicere naturam uel personam.

IIti dicunt christū predestinatum esse scilicet personam illaz inquantū est homo. i. inquantū est subsistens ex duabus substātijs: scilicet anima z carne: nam quantū ad naturā diuinitatis nō est ipse predestinat⁹: nō ergo inquātum in ea uel ea subsistit predestinat⁹ est: ſz inquantū subsistit in alijs duab⁹ substantijs. id est in anima z carne: hoc est inquātū est homo.

¶ Qualiter exponūt auctoritates prime que huic videntur obuiare sententie.

DEterminat etiā auctoritates q̄ pme conueniūt sentētie: z huic videt cōtradicere: ut cū legit hō ille assumpt⁹ a vbo in singularitate psone vel fact⁹ vna psona cū vbo: de natura hūana intelligat q̄ vbo vnita ē in singularitate psone. i. ita q̄ eadē psona q̄ prius erat z simplex erat sine incremēto numeri: z imutata pmāsit: ſz cōpositā. Cōpositiōis vero hui⁹ aliā dicūt eē rōnē q̄z sit in alijs hoīb⁹: q2 hui⁹ ex trib⁹ alioz ex duab⁹ substantijs ē cōpositio. Negant quoqz hūanā naturā esse psonā uel dei filiū: z sicut vnū eūdēqz dicūt esse homine z deū z filiū hois z filiū dei: ita vnuz z idē nō aliud z aliud sicut nec alium z alium.

¶ Quedā ponit que premissis vident aduersari.

SEd his vident aduersari que subditis cōtinent capitulis. Ait eni augu. super Jo. aliud est vbū dei: aliud hō: ſz verbuz caro factū est. i. hō. Nō itaqz alia verbi: alia ē hois persona: qm̄ vtrūqz est xp̄s z vna psona. Idē ad Felicianū. Aliud dei fili⁹ est: aliud hois fili⁹: ſz non alius Itē dei filius: aliud de patre: aliud de matre. Idē in li. p̄mo de trinitate. Cū filius sit z deus z homo alia substantia deus: alia homo.

¶ Qualiter his respondeant.

HE autē in hūc modū determinant: quia cū dicit: aliud verbum dei: aliud hō: siue alia substātia de⁹: alia hō: alteri⁹ nature significatur xp̄s esse inquātū ē homo: z alteri⁹ inquantuz de⁹ z aliud natura qua est hō: z aliud natura qua est de⁹. Vt eni ait Jo. Damasce. Incōuerse/z inalterabiliter vnite sunt ad inuicē nature: neqz diuina distante a propria simplicitate neqz hūana: aut cōuersa in deitatis naturā: aut in nō existētiā diuisa: neqz ex duab⁹ vna facta cōposita natura. Cōposita eni natura neutri earū ex quib⁹ cōponit natu/ris homousia. i. consubstātialis esse pōt: ex alteris perficiēs alterū: vt corp⁹ ex quattuor elemētis cōpositū: nec ignis noiak: nec terra: nec aer: nec aqua nec horū alicui homousion dicit. Si igitur ſm hereticos christus vni⁹ cōposite nature post vnionē extitit ex simplici natura cōuersus est in compositā z neqz patri simplicis nature existenti: neqz matri est homousios: neqz deus: neqz homo denominabit: sed christus solum: z erit hoc nomen scilicz christus non persone ipsius nomen: sed vnius ſm ipsos composite nature. Nos autē christum non vnius composite nature dogmatizam⁹: z hoc nomen scilicet christus nomen persone dicimus: nō monotropos. i. vno modo dictū: sed duarum naturaruz esse significatiuū. scilicet deitatis z humanitatis: ex deitate autē z humanitate deū perfectū z hominē perfectum eundem z esse z dici ex duabus: z in duabus naturis confitemur. Si ergo dicitur aliud esse filius dei: aliud filius hominis: q2 alterius est substantie uel nature inquantum est filius dei: alterius inquantū est filius hominis: nō q̄ ipse filius dei z hominis sit illa duo diuersa. id est due diuerse nature.

¶ Auctoritate confirmat determinationem.

HPerte eni Hylarius in. ix. lib. de trinitate ait: Cum non aliud sit filius hominis: neqz aliud fili⁹ dei: vbū eni caro factū ē: z cū ille qui fili⁹ dei est ipse z hois sit fili⁹: requiro quis

in hoc filio hois sit glorificat⁹: Euidēter dicit non aliud esse filiū dei: ⁊ aliud filiū hois. Ex quo p̄miſſa roborat⁹ ⁊ approbatur determinatio.

¶ Alia etiā v̄ba auctoritatū ānotat vt determinet

QVod etiā dictū ē vtrūqz est x̄p̄s ⁊ vna persona: mouere p̄t lectorez: sicut ⁊ illud qđ augu. dicit in libro p̄mo de tri. Quia forma dei formā serui accepit: vtrūqz de⁹ vtrūqz homo: sed vtrūqz de⁹ p̄pter accipientē deum: ⁊ vtrūqz homo p̄pter acceptū hoiem. Et illud quod ait idem in libro de bono perseuerātie. Qui fidelis ē in eo veram humanā naturā credit suscipiēte deo verbo ita sublimatā: ut qui suscepit: ⁊ quod suscepit vna esset in trinitate persona: assumptiōe illa ineffabiliter faciēte persone vni⁹ in deo: ⁊ hoie vnitatem. Si aūt qui suscepit ⁊ qđ suscepit vna est persona: ergo natura humana cū verbo vna est persona. Sed hec omnia ex tali sensu dicta forte tradūt: ut vtrūqz dicatur esse x̄p̄us ⁊ vna persona: quia in vtroqz vnus x̄p̄s vna persona subsistit. Ita etiam susceptū cum suscipiēte vna persona dicit: quia susceptū suscipiēti est sociatū in vnitate p̄sone. id est ita q̄ vnitas persone permāsit: nō ita ut caro ⁊ anima sint deus: qui ut ait Jeronymus: verbū est de⁹ nō caro assumpta. ⁊ Ambrosius in libro. iij. de spiritusancto ait: Aliud est quod assumpsit: ⁊ aliud quod assumptum est.

¶ Hic quandam ponit auctoritatem que multuz videtur huic sententie obuiare.

ESt aūt ⁊ aliud qđ huic sentētie plurimuz videtur obuiare. Ait enī Aug⁹. in li. contra maximū: X̄p̄s vna persona est gemine substantie: quia ⁊ de⁹ ⁊ homo est: nec tū homo uel de⁹ pars huius persone dici p̄t. Alioquin fili⁹ dei deus anteqz susciperet formā serui non erat tot⁹: ⁊ creuit cū homo diuinitati ei⁹ accessit. Ecce deū dicit nō esse partē illi⁹ persone. vnde videt illa persona nō cōstare ex deo ⁊ hoie. Ad qđ etiam illi dicūt illā personā nō ita cōstare ex deo ⁊ hoie quasi totū ex partib⁹. Ita enī partes alicui⁹ totius cōueniūt: ut ex illis qđ nō erat constituat: nō aut̄ sic diuina ⁊ humana natura in x̄p̄o vniunt. Inexplicabilis enī est isti⁹ vnionis que nō est partiū ratio. Quidaz tū noīe dei ibi personā significari putant: qz de tribus agebāt personis: quarū nullum trinitatis esse partē dicebāt: sicut pars isti⁹ p̄sone nō est de⁹. Qđ si de persona intelligit: manifestū ē: qz persona nō est pars p̄sone. Posita ē diligēter sentētia secūda: ⁊ ei⁹ explanatio: cui in nullo vel in modico obuiāt auctoritates in ētia sn̄ia inducte: q̄ iā cōsiderāda ē.

¶ In tertia sentētia que sit p̄missarū p̄positionum intelligentia.

IN hac igit̄ sentētia sic dicit deus fact⁹ hō qz hoiez accepit: ⁊ sic dicit esse hō: qz hoiez habet: uel qz est habēs hoiez. ⁊ homo fact⁹ est de⁹: qz assumpt⁹ ē a deo: ⁊ homo esse de⁹: qz habens hoiez est de⁹. Cū ergo dicit de⁹ homo est: uel habit⁹ predicat uel p̄sona: sz humanata ⁊ q̄ p̄sona humanata predicet: Cassiodorus ostendere videt dicēs: fact⁹ est: ut ita dixerim: humanat⁹ de⁹: q̄ etiā in assumptiōe carnis de⁹ esse nō destitit. Qđ tamē varie accipi p̄t: ut dicat de⁹ factus humanat⁹: uel x̄p̄us factus est de⁹ humanat⁹. vtrūqz enī sane dici p̄t. Cuz ergo dicit factus est de⁹ homo: multiplex ſm istos fit intelligētia: ut hūanā naturā accepisse uel humanū verbū esse incepisse intelligat: nec tū si incepit esse humanatū verbū: ideo sequit q̄ inceperit esse verbū: nec si de⁹ factus est humanatū verbū: sequit q̄ factus sit verbū: sicut de aliquo dicit: hodie iste cepit esse bon⁹ homo: uel fact⁹ est bonus homo: nec tamē hodie cepit esse homo uel factus est homo.

¶ Quo sensu ſm istos dicatur x̄p̄s predestinatus.

SEcundū istos dicit x̄p̄s ſm q̄ homo p̄destinatus esse fili⁹ dei: quia ē predestinatū a deo ab eterno: ⁊ in tēpore collatuz ei per gratiā: ut ipse ens homo sit fili⁹ dei. Hoc enim non semper habuit: sed in tēpore per gratiam accepit qđ videt Augu. notasse in libro ad p̄sperū ⁊ Hyl. dicens: predestinat⁹ est iesus: nt q̄ futurus erat ſm carnē fili⁹ Dauid esset in virtute fili⁹ dei. Ni etiam cū dicit x̄p̄s minor patre ſm q̄ homo: ſm habituz hoc intelligūt dictū. id ē inquātū habet hoiem sibi vnitū. Vnde Aug⁹. in li. i. de tri. De⁹ fili⁹ deo patri natura ē equalis: habitu minor. In forma enī serui minor est patre. In forma dei equalis est patri. Et q̄ ſm habitū accipiēda ē incarnationis ratio: ideo deū humanatū: nō hoiem deificatum dici tradunt. vnde Jo. Damasce. nō hoiem deificatū dicimus: sed deum hominē factum.

¶ Qđ non debet dici homo dominicus.

ET licet dicat homo de⁹: nō tamē congrue dicit hō dn̄icus. Vnde augu. in lib. retractionū. Nō ideo vtrū recte dicat hō dn̄icus qui ē mediator dei ⁊ hominū x̄p̄s iesus: cuz sit vtiqz dn̄s. Et hoc quidē ut dicerē apud quosdā legi tractatores catholicos. Sed vbicunqz hoc dixi dixisse me nollē. Postea quippe vidi nō esse dicendū: q̄zuis nōnulla possit rōne defendi ſm istos: et dicit persona filij in duab⁹ ⁊ ex duabus existere naturis ſm adherentiā ⁊ inherentiam: altera enim adheret ei: altera ineſt.

¶ Qđ predicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc questionem.

SAtis diligēter iuxta diuersorum sentētias suprapositā absqz assertione ⁊ preiudicio tractaui questionē. Verūtamen nolo in re tanta tāqz ad ignoscendū difficili putare lectorez istam sibi nostrā debere sufficere disputationē: sed legat ⁊ alia forte meli⁹ cōsiderata atqz tractata: et ea que hic mouere possunt vigilātiori atqz intelligentiori si p̄t mēte discutiat: hoc firmiter tenens: q̄ deus hoiem assumpsit: homo in deū trāsiuit: nō nature versibilitate: sed dei dignatiōe: ut nec deus mutaret⁹ in humanā substātiā assumēdo hominez nec homo in diuinā glorificatus in deum: qz mutatio uel versibilitas nature diminutionē ⁊ abolitionem substantie facit.

¶ Postq̃ distinxit Magister tres opiniones per moduz vnionis. Dic fm eas ostẽdit qualiter locutiones q̃b⁹ vnio significat̃ sunt intelligende: z diuiditur in duas partes. in p̃ma exponit eas fm singulas opiniones. in secunda relinquit auditoꝛi iudiciũ de dictis opinionib⁹ ibi: Satis diligenter. Prima diuidit̃ in tres partes. in prima exponit octas locutiones fm primã opinionẽ. in secũda fm secundã ibi: In secũda vero sententia. in tertia fm tertiã ibi: In hac igit̃ sentẽtia. circa primũ duo facit. primo exponit propositiones dictas fm primã opinionẽ. secũdo obijcit cõtra ibi: Huic aũt sentẽtie. exponit aũt illas ꝓpositiões in p̃ma parte in quib⁹ fit mutua p̃dicatio dei z hoĩs mediãte hoc participio fact⁹ q̃s p̃mo exponit: z illas in q̃b⁹ fit p̃dicatio mediãte hoc participio predestinat⁹ quas secũdo exponit ibi: Et hoc gratia non natura: obiectionis aũt solutionẽ ponit ibi: Quod z illi cõcedũt. ¶ In secũda vero sentẽtia Dic exponit eas que sunt fm secũdã opinionẽ. z p̃mo exponit ꝓpositiones. secũdo soluit que videnť esse cõtra hãc opinionẽ ibi: Determinat enĩ. circa p̃mũ tria facit. p̃mo exponit illas in quib⁹ fit p̃dicatio mediãte hoc participio fact⁹. scõo illas in quib⁹ fit mediãte hoc verbo est ibi. Variať aũt intelligẽtia. tertio illas in quib⁹ fit p̃dicatio mediãte hoc participio p̃destinat⁹ ibi Isti dicũt xp̃m. ¶ Determinant enĩ auctoꝛitates. Dic soluit tria que videntur esse contra hanc secũdã opinionẽ. z tria facit circa hoc. p̃mo soluit auctoꝛitates que videnť ꝓbare q⁹ hõ sit assumpt⁹. secũdo illas que videnť ꝓbare q⁹ xp̃s sit duo ibi. Sed his videnť aduersari tertio illas que ꝓbãt q⁹ persona nõ sit cõpositа ibi. Est aũt z aliud. secũda pars diuidit̃ in duas ptes. in p̃ma soluit auctoꝛitates que dicunt xp̃m esse aliud z aliud ex quo sequiť ipsum esse duo. in secũda soluit illas q̃ dicũt xp̃m eẽ duo vl vtrũq; duoꝛum esse xp̃m ibi. Q; etiã dictũ est vtrũq; xp̃us Circa p̃mũ tria facit. p̃mo obijcit. scõo soluit ibi. Hec autez in hũc modũ. tertio solutionẽ cõfirmat ibi. Aperteq; Pyll. Et similiter diuidit̃ pars secũda: q; p̃mo obijcit. scõo soluit ibi. ¶ Hz hec oĩa ex tali sensu. tertio solutionem cõfirmat ibi: Quia vt ait. ¶ Est aũt z aliud. Dic obijcit ꝺra positionẽ persone. z p̃mo obijcit. secũdo soluit ibi: Ad q̃ etiã illi. ¶ In hac igit̃ sentẽtia. Dic exponit dictas ꝓpositiões fm tertiũ opinionẽ. z diuidit̃ in duas partes. in p̃mo exponit ꝓpositiones in secũda infert coꝛolariũ ex dictis ibi: Et q; fm habitũ. Circa p̃mũ tria facit. p̃mo exponit qualiter dicatur de⁹ factus homo. secũdo quõ dicať xp̃s predestinat⁹ ibi: Scõm istos xp̃s. tertio quõ dicať minoꝛ seipso ibi: Pi etiã cũ dicit̃. ¶ Et q; fm habitũ. Dic cõcludit ex dictis q⁹ homo p̃ot denoĩatiue predicari de deo vt dicať de⁹ humanatus nõ aũt deus de hoĩe. z circa hoc duo facit. p̃mo ostẽdit q⁹ nõ potest dici homo deificat⁹. secundo q⁹ nõ p̃ot dici homo dñicus ibi: Licet dicať homo. ¶ Dic est q̃stio de locutionib⁹ expꝛimentib⁹ vnionẽ. Et p̃mo querit̃ de locutionib⁹ expꝛimẽtib⁹ vnionẽ per hoc verbuz est simpliciter. secũdo de his que expꝛimũt vnionẽ cũ hoc participio factus tertio de illis que expꝛimunt vnionẽ cũ hoc participio predestinatus.

## ¶ Questio prima

Circa primũ querũť duo. primo de hac deus est homo z econuerso. secũdo de hac. christus est homo dominicus.

Ad primũ sic procedit̃. videť q⁹ hec sit falsa deus est homo. magis enim cõueniunt que vniunť in persona z naturã vnã q̃ ea que vniunť in personaz z nõ in naturã vnã: sed anima z coꝛp⁹ vniũť in naturam z personã vnã: deus aũt z homo in personã z nõ in naturaz. Cũ ergo aĩa nõ possit p̃dicari de coꝛpoꝛe nec econuerso: videtur q⁹ de⁹ nõ possit predicari de hoĩe nec ecõuerso. ¶ Pmaioꝛ est vnitas triũ personarũ in natura dĩna: quã vnitas duarũ naturarũ in persona xp̃i: sz vna ꝑsona nõ predicať de alia: ergo nec homo p̃dicať de deo nec econuerso. ¶ P̃ nihil predicať vniuoce de creatoꝛe z creatura: sz homo vniuoce predicať in xp̃o z in nobis: ergo nõ p̃dicať de deo. ¶ P̃ quicq̃d predicať de deo aut est absolutũ aut relatiuũ: sz homo nõ est relatiuũ: quia nõ dicit̃ ad aliq̃d. Et p̃terea predicat aliq̃d fm duas opiniones q̃ nõ cõuenit relatiuis q̃ fm Augu. nõ p̃dicant aliq̃d: sz ad aliquid. Nec p̃ot predicari de deo tãq̃ absolutũ: quia absoluta que venũt in diuinã predicationẽ dicunť de trib⁹ personis q̃ nõ est de hoc noĩe homo: ergo non possum⁹ dicere q⁹ de⁹ sit homo. ¶ P̃ quod predicať: aut predicať per se: aut per accidẽs: sed homo nõ predicať per se de deo: q; sic cõueniret omni suppoſito dĩne nature: nec iterũ predicať per accidens: q; deo nihil accidit: ergo homo nullo mõ predicať de deo. ¶ P̃ oĩs predicatio vel est per essentiaz sicut hõ est aĩal: vel per inherentiã sicut homo est albus: vl per causalitatẽ sicut dies est sol lucens super terrã: sz cum dicit̃ de⁹ est homo nõ est predicatio per causam vt sit sensus: de⁹ est causa hoĩs: quia sic posset dici deus est leo vel stella: nec est p̃dicatio per inherentiã: q; humanitas nõ accidẽtaliter inheret deo: vt supra dictũ est: nec per essentiã: q; alia ẽ essentia hoĩs z dei: ergo ꝓpositio est falsa. ¶ P̃ fm artem philosophi in p̃mo Topi. quattuoꝛ sunt genera predicatoꝛ. s. essentiale nõ conuersum vt gen⁹: z essentiale cõuersum vt diffinitio: accidentale nõ cõuersum vt accidẽs: accidẽtale cõuersum vt propꝛiũ sed nullo istoꝛũ modoꝛũ se habet homo ad deũ: vt patz per se: ergo nullo modo põt predicari de ipso. ¶ P̃ ꝓpositio dicitur esse in materia remota q̃n fozme significate sunt diuerse: sz fozme significate per hoc nomẽ deus z per hoc nomen homo sunt diuerse maxima diuersitate: ergo hec propositio deus est homo est in materia remota: ergo est falsa q; in remota materia: oẽs affirmatiue sunt false. ¶ Hz cõtra Ro. ix. quoꝛũ patres ex quib⁹ xp̃s fm carnẽ qui est benedict⁹ in secula: sz xp̃s fm carnẽ nat⁹ est homo quidẽ: ergo homo est de⁹. ¶ P̃ Ber. dicit in li. de cõsi. tantã z tam expꝛessam vim vnionis p̃fert illa persona qua deus z homo vn⁹ est xp̃s vt si alterũ de altero predices nõ erres: ergo de⁹ est homo z ecõuerso. ¶ P̃ quecũq; vni z eidẽ sunt eadem sibi inuicẽ sunt eadẽ: sz xp̃us est de⁹ z ipsemet est homo: ergo de⁹ est homo. ¶ P̃ quecũq; sunt vnũ fm suppoſitũ vnũ de altero predicať: sz idẽ est suppoſitũ dei z hoĩs: vt dictuz est supza: ergo de⁹ est homo. ¶ R⁹ dicendũ q⁹ hec ꝓpositio de⁹ est homo ab oĩb⁹ cõcedit̃: sz diuersimode a diuersis fm enĩ tertiã opinionẽ est predicatio per inherẽtiam: sicut cũ dicit̃ homo est alb⁹: q; ponit q⁹ humana natura accidẽtaliter aduenit diuine: z adhuc est valde impꝛopꝛia ex duabus partib⁹. p̃mo q; partes humane nature vocat hominẽ scilicet coꝛpus z aĩam: q̃ impꝛopꝛie dicit̃: nõ enĩ ꝓpꝛie dicitur q⁹ partes sunt totũ: sz q⁹ totũ est ex partib⁹. vnde non ꝓpꝛie põt dici q⁹ aĩa z coꝛp⁹ sint homo secũdo: q; si etiam ꝓpꝛie hoc diceret̃: tñ cũ hec duo fm hanc opinionez aduenient filio dei quasi habit⁹ non põt homo ꝓpꝛie predicari de eo nisi denoĩatiue: sicut nec vestis de hoĩe: sz dicitur homo vestit⁹: ita etiã hec opinio dicit q⁹ dicit̃ homo: quia habet hoĩem z partes humane nature. vnde nõ ꝓpꝛie diceret̃ homo: sz humat⁹ sicut homo vestitus nõ vestis dicit̃. vnde est cõtra veritatẽ sacre scripture z symboli que deũ hoĩem factũ dicit z ꝓpter hoc est heretica. Scõm vero primã opinionẽ est predicatio per idẽtitatẽ nõ per informationem: deus enĩ suppoſitũ eternũ: q̃ quidẽ nõ informatur per fozmã significatã per hoc nomẽ homo: sz informať per ipsum suppoſitũ humane nature q̃ est aliud a suppoſito dĩne nature: z q; illa suppoſita sunt eadẽ persona: rõne huiꝰ idẽtitatis potest fieri predicatio de se inuicẽ vt sit sensus deus est homo. id est ille scilicet xp̃s qui est homo: z ẽ similis modus p̃dicandi sicut cũ dicit̃: essentia est pater: q; essentia diuina est eadẽ fm rem cũ suppoſito q̃ informať paternitate: q̃uis ipsa paternitate nõ informeť. ¶ Hz hoc nõ põt stare: q; hoc q̃ dicit duo suppoſita esse eãdẽ personã nõ potest intelligi nisi duob⁹ modis. p̃mo q⁹ ex duobus

suppositis ostituat vna persona: z sic neutrum illorum suppositoꝝ eet illa psona: qz qō ostituit ex aliquib⁹ nō pdicat de illis vt dictū est. vñ expositiua ipsi⁹ de⁹ est hō. s. ille q est de⁹ est hō: erit falsa q̄ntū ad vtrāq; partē: qz neq; de⁹ eet illa psona: nec illa psona eet de⁹. sed h̄ nō est intellect⁹ ei⁹: qz nō ponit psonā cōpositā sed simplicē. Alio mō pōt intelligi vt suppositū diuine nature sit illa psona simplex fm rem .. z illa psona simplex sit illud suppositum humane nature qō ei aduenit p assumptionē. sed h̄ est oīno impossibile: cū implicet ꝛtradictiōez. s. qꝫ illud qō aduenit sit distinctū in sua singularitate: z sit idē illi existēti cui aduenit. idē est enī qō est fm substantiā vnū: vnū aūt est in se indiuisum: z ab alijs diuisum. vñ suppositū humane nature qō aduenit diuine psone eet distinctū a diuina psona inq̄ntū est singulare per se z esset nō distinctū inq̄ntū est idē ei. vñ psona illa inuenit habere identitatē cū vno suppositoꝝ. s. cū supposito diuine nature. z ppter hoc expositiua hui⁹ locutiōis de⁹ est hō. s. ille q est de⁹ est hō: est falsa q̄ntū ad alterā partē: qz illa psona nō est hō quāuis deus sit illa psona. vñ nō pōt eā verificare. z iō sola opinio secunda vera est q verificat eā. pōt enī ponī qꝫ cū dicit de⁹ ē hō: est pdicatio p informationē eentialē: qz ly de⁹ supponit suppositū psone filij: z hoc idē est suppositū humane nature p illā naturā informatū fm modū intelligēdi inq̄ntū subsistit in ea. vñ sicut hec est vera z ppria Petr⁹ est hō: ita ista de⁹ ē hō. est tñ in h̄ differētia: qz in ista Petr⁹ ē hō: hō pdicat in eē subiecto rōne suppositi z rōne formе importate p subiectū. sed in hac de⁹ est hō: pdicatū nō inest subiecto rōne formе significate p subiectū. nō enī conuenit ei rōne diuinitatis: sz rōne suppositi. hoc aūt sufficit ad h̄ qꝫ sit vera: qz ppositio nō verificat rōne formе significate in supposito: sz rōne suppositi: sicut pz infra. Ad primū ergo dicēdū qꝫ sicut aīa z corp⁹ nō pdicant de se inuicē: sic nec diuina nā z humana. sz de⁹ z hō nō tñ naturā: sz etiā suppositū nature designāt. z iō possunt pdicari de se inuicē: sicut ex illa pte hn̄s aīam z hn̄s corp⁹ pdicant de inuicē. Ad secundū dicēdū qꝫ fm h̄ qꝫ psone diuine sunt vnū pdicant de se inicē. dicit enī qꝫ nā p̄ris est nā filij. sz qz nō sunt vnū in psona: iō noīa psonalia de se inuicē nō pdicant. z silr h̄: qz nature sunt diuerse z psona eadē. noīa q̄ significāt vel supponūt psonas pdicant de se inuicē: nō aūt noīa q̄ significāt naturas tñ. Ad tertiū dicēdū qꝫ hō vniuoce pdicat de deo z alijs hoīb⁹. qꝫ aūt dicit qꝫ nihil dicit vniuoce de deo z creaturis: intelligēdū est de illis q̄ pdicant de ipso inq̄ntū est de⁹. Ad q̄rtū dicēdū qꝫ cū dicit de⁹ est hō ly hō q̄ntū ad formā significataz est absolutū. sz q̄ntū ad suppositū habz relationē implicitā: supponit enī p psona filij dei. Ad q̄ntū dicendū qꝫ cū dr de⁹ est hō: de⁹ supponit psonā filij: z significat diuinitatē. ꝓpositio aūt nō verificat rōne significati: sz rōne suppositi. z cū hoc suppositū sit subsistēs in humana nā: h̄ nomē hō p se pdicat de ipsa. vñ fm qꝫ vera ē est p se pdicatio: sicut ista petr⁹ est hō. vñ nō sequit qꝫ possit predicari de oīb⁹ quib⁹ inest forma significata p hoc nomē de⁹: qz nō est p se ex pte formе significate: sz ex pte suppositi. z h̄ est singulare in ista materia: qz nunq̄ alibi inuenit qꝫ sit suppositū vnū eentialiter in duab⁹ naturis subsistēs. z iō nō pōt dici qꝫ sit p accīs sicut h̄ albū est hō. id enī qō est p se suppositū hoīs nō ē pars significationis hui⁹ noīs albū. Albū enī solā q̄litatē significat: cū nomen significet vnū. ex albedine aūt z subiecto nō fit vnū simpliciter: vñ h̄ nomē albū copulat suū subiectū q̄si extrīsecū. de⁹ aūt importat suppositū diuine nature: qō etiā idē est humane nō q̄si extrinsecū: sz sicut clausuz in significatione hui⁹ noīs hō. z iō hec nō est p accidēs de⁹ ē hō: sz hz aliqd simile cū illis q̄ sunt p accīs inq̄ntuz pdicatū nō inest subiecto rōne formе importate p subiectū. Ad sextū dicēdū qꝫ est pdicatio p eentiā: nō qꝫ diuinitas sit humanitas sz qz suppositū diuine nature eentialiter ē suppositū humane nature: z hoc significat locutio. Ad septimū dicendū qꝫ reducit ad pdicatū de genē: sicut ista Petr⁹ ē hō: qz eadē est rō veritatis in vtraq;. Ad octauū dicēdū qꝫ nō est in materia remota: sz in materia naturali: quia ꝓpositio verificat non rōne nature: sz rōne suppositi humane nature. nec ē simile in hoc z in alijs: qz in alijs ad diuersitatē naturarū se quit diuersitas in suppositis. vñ si formе sunt diuerse q̄ significant p subiectū z pdicatū: suppositа nō pñt eē eadē. in xp̄o aūt sunt due nature z vnū suppositū.

Ad secūdū sic ꝓcedit. videt qꝫ xp̄s possit dici hō dominic⁹. Aug. enī dicit in li. lxxxiij. q. Nouēdū est vt illa bona eterna expectent q̄ fuerūt in hoīe dñico: z loquit de xp̄o: ergo pōt dici dominic⁹. Ꝓ hō xp̄s ie sus est magis in ꝓticipatione diuine bonitatis q̄ alij sancti sz alij sancti ꝓpter participationē diuine bonitatis dicunt dñici: vt pz p glo. j. Regū. j. Quis est iste hō nisi hō dñic⁹. ergo multo magis xp̄s pōt dici hō dominic⁹. Ꝓ sicut dñic⁹ dicit denoiatiue a dño: ita diuin⁹ dicit denoiatiue a deo. Sz pio. frequēter noīat xp̄m diuinissimū iesuz: ergo z pōt dici ille dñic⁹. Ꝓ sicut hec est vera de⁹ est hō: ita hec pōt est de⁹. sed dicim⁹ deū humanatū: ergo possum⁹ dicē hoīez dominicū. Ꝓ additio seruitutis magis exprimit noīe seruitutis q̄ noīe dñici. sz Apl's nomē seruitutis in xp̄o ponit Philippen. ij. Formā serui accipiēs. ergo etiā possum⁹ dicere eū dominicū. Sz ꝛtra. qō pdicat de aliquo eentialiter: nō pōt de eo pdicari denoiatiue. sz de⁹ pdicat de hoīe xp̄o eentialiter: qz hec est vera Hic hō est de⁹: ergo videt qꝫ nō debeat pdicari denoiatiue. Ꝓ ad idē ē auctoritas Aug. in lra posita. Ꝓ ad⁹ dicēdū qꝫ hoc adiectiuū dñic⁹ pōt duo importare. vno mō id qō hz aliquā pticipationē dominij. Alio mō rem q̄ est dominij: sicut possessio: vel sicut effect⁹: sic dicunt vba dñica. vel sicut ps: sicut dicit pes dñic⁹. q̄ntū ergo ad secundā opinionē ptinet: nullo mō ille hō pōt dici hō dñic⁹. hō enī importat suppositū eternuz cui eentialiter natura dominij cōpetit nō p pticipationē: nec est q̄si possessio vl' effect⁹ vl' ps dñi: sz ē ipse dñs: qz dñs pr̄: dñs filī⁹: dñs spūssanct⁹. silr etiā tertia opinio cū ponit hoīem q̄si habitū dei filio aduenire. nō pōt ponē qꝫ hō denoiet p deū: sed magis de⁹ p hoīez: qz habit⁹ denoiat habentē: z nō conuertit. tñ inq̄ntū dñicū dicit possessiue posset ponē qꝫ dicit hō dñic⁹ sicut dicit vestis socratica. sz prima opinio possz ponē qꝫ diceret hō dñic⁹ etiā p pticipationē inq̄ntū h̄ noīe hō nō importat suppositū eternū fm eos. Ad primū ergo dicēdū qꝫ Augus. illud retractauit sicut in lra ponit mgr. z cū dixit nō intellexit q̄si dicēt dñic⁹ rōne suppositi: sz rōne nature q̄ fit in pticipatiōe dominij sicut z diuinitatis p h̄ qꝫ assumit in vnitatē psone filij dei q̄ est de⁹ z dns. Ad secundū dicēdū qꝫ ille hō nō pticipat ꝓprie loquēdo diuinitatē vl' dominū: sz est plene dns: qz hō importat suppositū eternū: vt dictū est. z iō nō est simil rō de ipso z de alijs. Ad tertiū dicēdū qꝫ diuinū pōt dici aliqd etiā si habeat plenā diuinitatis rationē. dicim⁹ enī diuinā essentiā diuinas psonas: z iō h̄ hō qz est diuina psona pōt etiā dici diuin⁹. sz dñic⁹ nō dicit de illis q̄ hñt plenā rōnē dominii. nō enī dicim⁹ dñicas psonas. Ad q̄rtū dicēdū qꝫ qz natura humana in xp̄o hz q̄ndā filitudinē cū habitu: vt pr⁹ dictū est. iō ea q̄ ptinēt ad humanā naturā inueniunt q̄nqz predicari de xp̄o p modū habit⁹ quāuis non ita ꝓprie. z iō Cassio. de addi. vt ita dixerim: nō tñ est simil rō ex alia pte: qz diuina natura non hz filitudinē cū habitu. Vel dicendū qꝫ cū dicit de⁹ humanatus: nō sumit humanat⁹ in vi noīs denoiatiui: sz in vi participij. vñ tantū valet humanat⁹ q̄ntū hō fact⁹. z h̄ pz p auctoritatē Damas. positā in lra. Ad q̄ntū dicendū qꝫ Apl's nō dicit xp̄m vel filiū dei eē seruū: sz qꝫ formā serui accepit: qz humana natura christi si separaretur: vt dicit Damascenus subtilib⁹ intelligentijs a filio dei z serua est z ignorans est. et de natura bene potest dici hoc adiectiuū dominicus: vt dicatur dominica natura.

Questio Secunda.

Deinde queritur de locutionib⁹ que exp̄imunt vnī uersalem p̄ hoc participiū factus. ⁊ querunt̄ duo. Primo vtrū deus factus sit homo. Secundo vtrū homo factus sit deus.

Ad p̄mū sic ꝓcedit. videt̄ q̄ hec sit falsa De⁹ fact⁹ ē hō. mutari enī gen⁹ est ad fieri: ſz de⁹ nullo mō p̄ōt dici mutatus: ergo nō p̄ōt dici fact⁹ aliq̄d. ℂ P̄ factū eē termin⁹ est fieri q̄ significat eē circa id q̄ factū dr. ſz circa deū q̄ dicit fact⁹ hō nō p̄ōt poni aliq̄ō fieri: suppoſitū enī factionis eē nō p̄ōt: ergo hec est falsa De⁹ fact⁹ est hō. ℂ P̄ termin⁹ factionis est p̄fectio ei⁹ q̄ō fit: q⁹ est finis factionis. ſz cū dicit de⁹ fact⁹ ē hō: termin⁹ factionis impoꝛtate p̄ticipiū est hō: ergo significat q̄ eē hoīem sit p̄fectio dei q̄ fact⁹ hō dicit. hoc aūt est impoſſibile: ergo hec ē falsa de⁹ fact⁹ est hō. ℂ P̄ in h̄ noīe hō nō p̄nt intelligi nisi duo ſ. suppoſitū nature: ⁊ natura humana. sed dicta ꝓpositio nō p̄ōt verificari rōne nature: q⁹ de⁹ nunq̄ fuit neq; est natura humana. silr nec ex parte suppoſiti: q⁹ h̄ nomē hō ſm q̄ de xp̄o predicat nō importat nisi suppoſitū eternū filij. ⁊ semp verū fuit dicē q̄ de⁹ est ꝑsona filij: ergo nullo mō p̄dicta locutio verificari p̄ōt. ℂ P̄ hō nō est additio diminuēs de rōne factionis. ergo si de⁹ fact⁹ est hō poſſum inferre q̄ de⁹ sit factus. h̄ aūt est falſum: ergo ⁊ p̄mū. ℂ Sed �contra Jo. j. Uerbū caro factū est. verbū autē de⁹ est: ergo de⁹ fact⁹ est caro. i. hō. ℂ P̄ in simbolo Niceno dicit de filio q̄ est de⁹ de deo ⁊ q̄ homo factus est: ergo deus factus est hō. ℂ P̄ omne quod est ⁊ nō fuit p̄ius dicit eē factū. sed hec est vera Deus est hō: vt supra dictū est: ⁊ nō fuit semp vera: ergo de⁹ fact⁹ est hō. ℂ R⁹ dicendū q̄ cū dicit de⁹ fact⁹ est hō: h̄ ꝓticipiū fact⁹ tripliciter p̄ōt se habē in ista locutione. Uno mō vt feraf ad totā ꝓpositionē: vt sit ſensus Factū est q̄ de⁹ est hō. ⁊ sic est vera: quāuis h̄ intellect⁹ nō possit habere ſm ꝓpriatē locutionis: tū q⁹ nō est de illis q̄ h̄ſt determinare compositionē sicut necessariū ⁊ ꝯingēs: tū etiā q⁹ cū adiectiuū masculini generis req̄rit substātiuū. Secūdo dictū participiū p̄ōt determinare alterū extremū cōpoſitoꝝ absolute: ⁊ sic siue determinet p̄dicatū siue subiectū locutio ē falſa. oīs aūt determinatio p̄ōt p̄dicari de determinato: hec aūt falſa est De⁹ fact⁹ est. ⁊ silr illa Ille hō fact⁹ est demōſtrato xp̄o nisi aliud addat: q⁹ ſupponit suppoſitū eternū ſm secundā opinionē. Tertio mō dictū ꝓticipiū p̄ōt determinare ſubiectū in compatione ad p̄dicatū: ⁊ sic locutio vera est ſm oēs opiniones. ⁊ nō obſtat q̄ videt̄ ponē fieri circa deū: q⁹ h̄ fieri q̄ō participiū importat nō est nisi fieri rōnis. dictū est enī ſupra q̄ vnio q̄ de⁹ dicit eē hō. est q̄dē ſm rem in humana natura: ſed ſm rationē in deo: sicut ſunt alie relationes q̄ ex tpe de deo dicunt̄. ⁊ q⁹ non dicit fact⁹ hō nisi ſm q̄ relatio vnionis de nouo aduenit ei postq̄ nō fuit: tū sicut relatio illa nō ponit aliquā rem nouā in deo: ſz dicit ſm rationē tm̄ intelligētis: ita etiā ⁊ fact⁹ non importat circa deū nisi fieri rōnis sicut etiā cū dicit Dñe refugiū fact⁹ es nobis. ℂ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ mutari ꝓpriē dicit p̄ remotionē a termino a quo. fieri aūt p̄ acceſſuz ad terminū. q⁹ igit̄ nihil remotū ē a deo neq; ſm rem neq; ſm rationē. aliq̄d aūt advenit ei ſm rationē etſi nō ſm rem: iō potest dici fieri: ſz nō mutari. sicut etiā sciēs q̄ſi cōſiderat nō mutat̄ ꝓpriē loquēdo: ſz pficit̄: vt dicit pℏs in. ij. de aīa. ℂ Ad ſecūdū dicendū q̄ illud fieri est tm̄ rōnis. ⁊ iō non est inconueniēs q̄ circa deū ponat̄. ℂ Ad tertiū dicendū q̄ obiectio illa ꝓcedit q̄n est fieri reale. tūc enī oportet q̄ aliq̄d realiter adueniat. ⁊ h̄ aliquo mō est p̄fectio ei⁹ cui aduenit. sic aūt nō est in ꝓposito: vt dictū est. ℂ Ad q̄ntū dicēdū q̄ dicta locutio verificat rōne vtriusq; ſil. ſ. suppoſiti ⁊ nature. quāuis enī suppoſitū illud semp fuerit: nō tm̄ semp fuit suppoſitū humane nature ſm q̄ significat h̄ noīe hō. ℂ Ad q̄ntū dicendū q̄ humana natura h̄z ſilitudinē cū accidēte in xp̄o inq̄ntū aduenit diuine nature post eē cōpletū. nō enī ſequit̄ Petr⁹ est fact⁹ alb⁹ ergo est fact⁹: q⁹ albū diminuit de rōne facti ſimplicit̄. q̄ō enī factū est nūc est: ⁊ p̄i⁹ nō fuit. nō aūt ſequit̄ Si p̄i⁹ non fuit alb⁹ q̄ nō fuerit ſimpliciter: q⁹ albū aduenit post cōpletū esse. ⁊ ita nō ſequit̄ Deus est factus homo: ergo deus est factus ſimpliciter.

Ad ſecūdū sic ꝓcedit. videt̄ q̄ hec nō sit vera Dō fa est deus. Dicit enī Dama. ⁊ habet̄ in lra q̄ nō dicimus hominē deificatū. ſz idē est dicē hoīez deificatū ⁊ factū deū: ergo hō nō est fact⁹ de⁹. ℂ P̄ cū dicit hō factus ē de⁹: aut hō tenet̄ ꝑo nā aut ꝓ ꝑsona. si ꝓ nā: nā aūt humana nō est facta de⁹: q⁹ nunq̄ ē nec fuit de⁹: ergo ē falſa. si ꝑo ꝑsona: ꝑsona aūt filij dei fuit semp de⁹: ergo nullo mō hec est vera Dō est fact⁹ de⁹. ℂ P̄ ſm Damaſ. hō ⁊ de⁹ cōicant ſibi idiomata: vt quicq̄d dicitur de hoīe poſſit dici de filio dei. ſz hec est falſa Filius dei ē fact⁹ hō: ergo hec ē falſa Dō ē fact⁹ de⁹. ℂ P̄ q⁹ deus fact⁹ ē hō: poſſum arguere q⁹ de⁹ ē hō recens. ſi ergo hō fact⁹ ē de⁹: hō erit recens de⁹. q̄ō ē cōtra p̄s. Nō erit in te de⁹ recens. ℂ P̄ q̄ō dicit fieri aliq̄d: p̄ſupponit ſm intellectū ad hoc q⁹ fieri dicit. ſed xp̄s nō p̄i⁹ intelligit hō q̄ de⁹: ergo non p̄ōt dici q⁹ hō fact⁹ sit de⁹. ℂ Sz ꝓtra Aug. tal⁹ fuit vnio q̄ hominē faceret deū: ⁊ deū hominē. ℂ P̄ hō ē de⁹ ⁊ nō semp fuit de⁹: ergo fact⁹ ē de⁹. ℂ P̄ factio q̄ importat ꝓticipiū ſm rem nō ponit̄ in deo ſz in humana natura ſz hō significat humanā naturaz. cū ergo hoc ꝓticipiū ponat rem ſuā circa ſubiectū in compatione ad p̄dicatū: videt̄ q⁹ magis sit hec vera Dō fact⁹ ē de⁹ q̄z hec de⁹ factus ē hō. ℂ R⁹ dicendū q⁹ hec ꝓpositio ſil⁹ tripliciter p̄ōt accipi sicut p̄cedēs. ⁊ in p̄imo ſenſu ē vera. ſicut et p̄ma: ⁊ eadē rōne. ſicut enī factū ē vt de⁹ ſit hō: ita factū ē vt hō ſit de⁹. in ſecūdo vo ſenſu ē falſa ſicut ⁊ p̄ima: ⁊ eadē ratione q⁹ iidē ſunt termini: ſz diuerſim positi. in tertio aūt ſenſu ſm q⁹ determinat ſubiectū in compatione ad p̄dicatū diuerſimode indicat a diuerſis opinionib⁹. p̄ma enī opinio q⁹ ponit q⁹ hō ſupponit ſuppoſitū creatū: dicit q⁹ hec ē vera ſicut ⁊ p̄ima: q⁹ ſicut ꝑſona diuina non semp fuit illud ſuppoſitū: ⁊ mō ē illud ſuppoſitū: ita illud ſuppoſitū non semp fuit ꝑſona diuina: ⁊ mō ē. ſecūda aūt opinio ⁊ tertia ponūt q⁹ hō ꝓut de xp̄o p̄dicat̄ nō h̄z aliq̄ō aliud ſuppoſitū q̄z ſuppoſitū eternū. ſed ſecūda dicit q⁹ hō ſupponit ſuppoſitū eternū: tertia aūt q⁹ hō copulat ipm sicut termini accidentales. Et q⁹ illud ſuppoſitū nunq̄ nō fuit de⁹: ideo hec ē falſa ſm hoc Dō fact⁹ ē de⁹. ocedūt tñ eā in p̄imo ſenſu q̄ nō ē ꝓp̄ius ſenſus ei⁹. ideo ſm has opiniones magis est falſa q̄z alia. ſm aūt p̄imā ſimpliciter est vera. q⁹ tñ aliquo mō occedit reſpōdendū ē ad vtraſq; obiectiōes. ℂ Ad p̄imū ergo dicēdū q⁹ Dama. loquit̄ ſm ꝓp̄rietatē ꝓpōnis: ⁊ ſic ē falſa. ℂ Ad ſecundū dicendū q⁹ p̄ima opinio, diceret q⁹ teneret ꝓ ſuppoſito: nō ꝓ ꝑſona. alie vo due dicerēt q⁹ teneret ꝓ ꝑſona: quā tñ nō determinat ꝓticipiū: ſz totā locutionē: q⁹ factū ē vt ꝑſona diuina in humanitate exiſtēs etiā eēt de⁹. ℂ Ad tertiū dicendum q⁹ hoc intelligendū ē de illis q̄ ꝓuenīunt nature ſm ſe: ⁊ nō h̄ñt repugnantiā ad alterā naturā. q⁹ aūt dicitur fact⁹ de⁹ nō ꝓuenit nature ſm ſe: ſz rōne vnionis. vñ nō ſequit̄ Dō fact⁹ ē de⁹: ergo fili⁹ dei fact⁹ ē deus. sicut nō ſequit̄ Dō vnit⁹ ē deo: ergo de⁹ vnit⁹ ē deo. ℂ Ad q̄rtū dicendū q⁹ nō ſequit̄ ex virtute locutionis De⁹ fact⁹ ē hō: ergo ē hō recens: q⁹ ſi hō aſſumpt⁹ ſm p̄imā opinionē vel humana natura ab eterno fuiſſet: nihilomin⁹ diceretur de⁹ fact⁹ ē hō. vñ sicut in lra dicit̄ nō ſequit̄ q⁹ fit de⁹ recens ſz q⁹ de⁹ fit recēter. i. de nouo. ⁊ hoc nō ē incōueniēs ſm p̄imā opinionē. ℂ Ad q̄ntū dicendū q⁹ q̄ntū ad tertiū intellectū ꝓpōnis p̄dicte ꝓcedit illud argumentuz. vñ p̄ima opinio q̄ ſm illū intellectū cōcedit ꝓpositionē dicit q⁹ hō p̄intelligit ad vnionē: vt dictū ē. ſm aūt p̄imū ſenſum in quo cōcedit eā: ſecūda opinio ⁊ tertia nō ſequit̄. ℂ Ad ſextū dicendū q⁹ dictū Augu. intelligendū ē ſm p̄imū modū: q⁹ illa vnio fecit vt de⁹ eēt hō: ⁊ ecōuerſo. ℂ Ad ſeptimū dicendū q⁹ cū dicit Dō nō ſemp fuit de⁹: negatio p̄ōt negare totā ꝓpositionē: vt sit ſenſus Dō nō ſemp fuit de⁹. i. nō ſemp

fuit verum dicere q̄ homo sit deus. ⁊ fm hoc sequitur veritas hui⁹ ꝓpōnis fm primū sensum. s. factū est vt hō eēt de⁹. vel pōt negare p̄dicatū a subiecto: ⁊ sic falsa est: qz in ꝓpōne illa subiicit suppositū eternū: qō semp fuit de⁹. ¶ Ad octauū dicendū q̄ factio ponit fm rem circa naturā humanā: sz hoc nomen hō nō supponit naturā humanā. sed suppositū eternū circa quod nō ponit factio fm rem: sed fm rationez tm̄. nō respectu dei: qz semp ei infuit: sed respectu boīs. ⁊ iō semp dicit de⁹ fact⁹ est hō: sed nō ⁊uertit.

¶ Questio Tertia.

Deinde queritur de locutionib⁹ exprimentib⁹ vnionē cū hoc participio p̄destinat⁹. Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrū hic hō sit predestinat⁹ eē fili⁹ dei. Secūdo vtrū fili⁹ dei sit predestinatus.

mereriꝫ: qz q; impetrāt mō nobis ptingit ex hoc q; prius dū viuerēt meruerūt vt hoc impetrarēt. ¶ Ad tertiū dicendus q; xp̄s eſt mō trīs cōprehenſor: tunc aūt erat z viator z cōpre hēſor: z ideo tūc mereri potuit: nūc aūt nō. ¶ Ad quartum dicendū q; ille q̄ mereꝫ nō oportet q; ꝓficiat q̄ntū ad ratio nē merēdi. hoc enī accidit ſibi ex hoc q; radix merēdi. ſ. cha ritas non eſt in ſuo merito. ſz oportet q; oīs q̄ mereꝫ ꝓficiat q̄ntū ad mercedē quā mereꝫ: vt. ſ. eam ſibi debitā faciat vel ſimpliciter vel q̄ntū ad aliquē modū quo ſibi prius debita nō erat. ¶ Ad quintū dicendū q; li.ar. xp̄i nō eſt determina tū ad vnū ſm numerū: ſz ad vnū ſm gen⁹. ſ. ad bonū: quia in malū nō pōt: ſz tñ hoc pōt facere z nō facere. z hoc nō exclu dit libertatē ar. qz poſſe peccare nec eſt libertas ar. nec pars libertatis vt dicit Anſel. z hec quidē determinatio ex perfe ctione li.ar. ptingit ſm q; p habitū gratie z glie terminatur in eo ad qō eſt nāliter ordinatū. ſ. in bono: qz li.ar. q̄uis in nobis ſe habeat ad bonū z ad malū: nō tñ eſt ꝓpter malū ſz ꝓpter bonū. Vel dicendū q; ſi etiā eēt determinatū ad vnū numero: ſicut ad diligēdū deū: qō nō facē nō pōt: tñ ex hoc nō amittit libertatē aut rationem laudis ſiue meriti: qz in il lud nō coacte ſz ſpōte tēdit: z ita ē act⁹ ſui oīs. ¶ Ad ſextū dicēdū q; xp̄s nō mereꝫ ſm diuinitatē ſm quā habet q; oīa ſunt ſua: ſz mereꝫ ſm humanitatē ex q̄ nō hz q; oīa ſunt ſua. ¶ Et ꝑ p̄z ſolutio ad ſeptimū qz a filio dei meremur rōne diuinitatis ſue: ex q̄ parte ipſe nō merebaꝫ.

Ad tertiū ſic ꝓcedit. videtur q; xp̄s nō potuerit me reri in inſtāti ſue conceptiōis. nullus enī mereꝫ niſi agēdo. ſz prius eſt eē rei q̄ ei⁹ agere: ergo in primo inſtanti cōceptionis q̄n xp̄s primo habuit eſſe ſm humanā naturā nō potuit mereri. ¶ Ꝑ opus meritorū cū delibera tione eſt cū ſit ex electione li.ar. q̄ ſequit oſiliū. ſed delibera tio cū ſit quidā motus req̄rit tps: ergo in primo inſtanti cō ceptionis mereri nō potuit. ¶ Ꝑ quicq̄d xp̄s habuit in pri mo inſtanti ſue cōceptionis habuit ab alio: nō a ſe. ſed meri ti ſui ipſe cauſa fuit: igit in primo inſtanti cōceptionis nō meruit. ¶ Ꝑ ſic meritū eſt ꝑ libe.arbi. ita z peccatū. ſed dia bolus nō potuit peccare in primo inſtanti ſue creationis: er go nec anima xp̄i in primo inſtanti creatiōis ſue potuit me reri. ſed primū inſtans cōceptionis fuit primū inſtans crea tionis anime: ergo in illo inſtanti mereri non potuit. ¶ Ꝑ xp̄s q̄ntū ad corpus in pueritia erat ſimilis aliis pueris. ſed alij pueri ꝓpter imbecillitatē organoꝝ corporaliū nō ha bent perfectam imaginationē nec vſum libe.arbi. per conſe quens: ergo nec xp̄s. z ita tunc vt videtur mereri nō potuit. ¶ Sed cōtra. xp̄s in primo inſtāti ſue cōceptionis fuit vir Jere. xxxj. nouū fa. dñs ſuper terrā femina circūdabit virū. ſed perfecti viri eſt mereri: ergo xp̄s in primo inſtāti ſue cō ceptionis potuit mereri. ¶ Ꝑ perfectior eſt anima perfecta prima z ſecūda perfectione q̄ perfecta ſolū perfectione pri ma. ſed chriſto nō accreuit aliqua ſpiritualis pfectio: ergo cū operatio ſit perfectio ſecūda: z habitus perfectio prima: quandocūq; habuit habitū virtutis habuit actum eius. ſed actu virtutis merebaꝫ: ergo xp̄s in inſtanti cōceptionis me rebatur. ¶ R⁹ dicendū q; xp̄o debem⁹ attribuere ſm ani mam omnē perfectionē ſpiritualē que ſibi poteſt attribui. vnde cū poſſibile ſit ipſum in primo inſtāti ſue cōceptionis actū meritoriū perfeciſſe: dicendū eſt chriſtū in primo inſtā ti ſue cōceptionis meruiſſe. Nō enī aliqua res in primo in ſtanti quo eſt nō poſſit ſuam actionē habere nō poteſt con tingere niſi trib⁹ modis. Primo ex hoc q; deeſt ſibi aliqua perfectio que requiritꝫ ad agēdū: ſicut catulus in primo in ſtanti ſue natiuitatis nō poteſt videre quia nō habet orga nū videndi cōpletū. Alio modo ꝓpter aliquod impediēs extrinſecū: ſicut aqua generata in aliquo loco cōcluſo impe ditur vt non poſſit ꝓprio motu moueri. Tertio ex natura operationis que ſucceſſionē habet. z tūc in primo inſtanti quo res eſt incipit illaz actionē: nō tñ illa actio eſt in illo in ſtanti ſed in tēpore ſicut patet q; primū inſtās in quo ignis

est ignis: quod est vltimū instans sue generationis est primū instans motus sui sursum: sed tū motus eius non est in illo instanti: quia motus successiuus est. Constat autē q̄ in xp̄o nō deficiebat aliqua perfectio ex parte ipsius agentis q̄ est necessaria ad meritoziū actū: ꝛ iterū nihil erat quod impedire posset. ipse etiā motus charitatis quo mouebat indiuisibilis erat ꝛ nō successiuus. ꝛ ideo in ipso instanti conceptionis mereri potuit. Quidā autē dicūt q̄ in ipso instanti cōceptionis non meruit q̄ntū ad vsum virtutū: sed solum habuit meritū in radice. ſ. in habitu charitatis ꝛ aliarū virtutū ex quib⁹ dignus fuit gloria. sed q̄ntū ad vsum virtutuz nō meruit in ipso instāti: sed post ipsum instans. Et ad hoc mouent rationib⁹ inductis in obiciendo. sed prima opinio magis mihi placet. ꝛ fm eam respondendū est ad argumenta in ōtrariū facta. Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ esse est pri⁹ q̄z agere natura nō tēpore de necessitate. Ad secundū dicendū q̄ deliberatio ꝛ consiliū vt dicit ph̄s nō sunt de fine: sed de his que sunt ad finē q̄ non est certū que expediūt ad finē intentū. in ipsa autē intētione finis aliquis meret: vnde nō exigit deliberatio ad meritū etiā in alijs hoīb⁹ q̄ntū ad appetitū finis. Et preterea in xp̄o non exigebat deliberatio etiā q̄ntū ad ea que sunt ad finem: quia de his certus erat. Ad tertiū dicendū q̄ illud quod xp̄s habuit in primo instanti sue cōceptionis. ſ. meritū: ꝛ ab alio habuit inquantū ſ. ad meritū exigit gratia: ꝛ a seipso habuit inquantū meritū ꝓcedit ex li. ar. nō enī semp necessariū est vt causa causati precedat tpe: sed q̄ñq̄ sufficit q̄ precedat natura. Ad quartū dicendū q̄ motus volūtatis in finē bonū est sibi naturalis. vnde in primo instanti creationis sue potest habere motū in bonū finē: quia ad finē naturaliter desideratuz appetendū nō indigem⁹ deliberatione: ꝛ in hoc potest eē meritū. sed peccatū contingit ex hoc q̄ volūtas mouet in aliq̄d quod non cōpetit fini naturaliter desiderato. vnde oportet q̄ cōtingat ex falsa collatione illius ad finē. ꝛ ideo requirit ad peccatū collatio eius quod habet apparentē bonitatem ad id quod est p se bonū naturaliter desideratū. vnde in primo instāti creationis nō potest mens peccare. Ad quintū dicendū q̄ xp̄s nō habebat a sensib⁹ acceptā scientiā sed infusam: ꝛ ita habitus sciētie perfecte poterat eē etiā cū infirmitate ozganoz. ꝛ iterū dictū ē q̄ infirmitas cozporis in ipso nō refundebat in mentē: sicut nec mētis gloria cozpoꝛ infirmitatē tollebat. ꝛ iō impfectio ozganoz cozpaliū vsum rationis nō tollebat in ipso.

Ad quartū sic procedit. videtur q̄ xp̄s nō meruit sibi imortalitatē cozporis. mereri enī est extranei cui nō debet merces nisi p meritū: sicut ꝛ adoptari est extranei cui nō debet hereditas nisi p adoptionē. ſz xp̄s ad bona patris que sunt sua nō dicit adoptari quasi extrane⁹: ergo eadē ratione nec imortalitatē vel aliq̄d huiusmodi meruit. Ꝓ premiū ē digni⁹ merito. sed bon⁹ motus aīe xp̄i quo merebat est dignioz quolibet cozpozali: ergo nō merebatur imortalitatē cozporis. Ꝓ xp̄s nō erat debitoz mortis: quia nō habebat peccatū quod mortis debitores facit. ergo cū nullus mereat illud malū euitare cuius nō est debitoz. videt q̄ ipse imortalitatē nō meruit. Sed contra est qō in lra dicit q̄ claritas cozporis est premiū humiliatōis. sed imortalitas cozporis ad claritatē cozporis ptinet: ergo etiaz imortalitatē meruit. Ꝓ bona glorie nulla creatura hz sine merito. sed imortalitas ptinet ad gloriā: ergo ipsam xp̄s meruit. Ulterius videtur q̄ impassibilitatē anime xp̄s nō meruit. Id enī quod nobis ē naturale nō meremur. sed anima fm suam naturā est impassibilis: ergo impassibilitatē non meruit. Ꝓ omne quod inest alicui p accidens ex hoc ipso q̄ accidens remouet ei nō inest. sed anima patitur sicut ꝛ mouet p accidens. ſ. p cozpus: ergo ex hoc ipso q̄ sepat a cozpoze fit passibil. sed xp̄s non meruit animā a cozpoze separi: qz meritū mortis peccatū est vt dicit Ro. vj. ergo nō meruit impassibilitatem anime. Ꝓ impassibilitas anime pertinet ad beatitudinem anime: sed sicut impassibilitas cozporis ad btitudinē cozporis. ſz aīa xp̄i a principio fuit beata: ergo impassibilitatē anime non meruit. Sed cōtra. anima xp̄i post resurrectionē fuit impassibil. ſz ante fuit impassibilis: ergo sicut gloriā resurrectionis: ita ꝛ aīe impassibilitatē meruit. Ꝓ anime damnatoz sunt passibiles quia impassibilitatē nō meruerūt: ergo cum anima xp̄i nō fuerit passibilis post resurrectionē: videt q̄ impassibilitatē nō meruit. Ulteri⁹ videtur q̄ non meruerit exaltationē: qz ex hoc ipso q̄ humana natura assumpta fuit exaltata est: ꝛ nomen diuinitatis sibi debet. sed assumptionē non meruit vt supza dis. iiij. dictū est: ergo nec exaltationē. Ꝓ nomen quod est sup omne nomen est nomen in quo flectit omne genu. sed hoc est nomen ieſus: vt dicit ph̄il. ij. cū ergo hoc nomen nō meruerit sed ante conceptionē sibi impositū fuerit: videt q̄ nō meruerit nomen quod est sup omne nomē. Si dicat q̄ meruit q̄ntū ad manifestationē. Cōtra. hoc etiā ante manifestū erat: vnde demones ante eū cōfessi fuerūt: ꝛ pueri ꝛ prophete predixerūt: ergo hoc ipse non meruit. Ꝓ meritū ordinat ad premiū. ſz facere aliq̄d ꝓpter estimationē hominū pertinet ad vanā gloriam que in ipso non fuit: ergo exaltationē q̄ntū ad manifestationē hominū non meruit. Sed ctra ℣. xiij. Qui se humiliat exaltabit. sed xp̄s se humiliauit: ergo exaltari meruit. Ꝓ ipse fecit se dignū tali exaltatione que est in manifestatiōe ad homines p ea q̄ gessit: ergo meruit ipse hanc exaltationē. Ulterius videt q̄ etiā premiū substantiale anime. ſ. fruitionez diuinā ipse meruerit. maioris enī meriti maius est premiū sed meritū xp̄i fuit maius omniū sanctoꝝ meritis: ergo ꝛ maioz fuit merces quā meruit. nihil autē maius cadit sub merito q̄z fruitio dei quā sancti merent: ergo ipse etiā meruit ipsam. Ꝓ gloriosius est aliquid per seipsum habere q̄z ab alio habere omnia. sed quod quis meret quodāmō habet p seipsum: cū igit xp̄s fruitionē diuinā glorioſissime habuit: videt q̄ eā meruerit. Ꝓ fm illos qui ponunt angelos in solis naturalib⁹ creatos simul in eis fuit meritū et premiū. ſz nihil ꝓhibet xp̄m meruisse fruitionē diuinā nisi quia ab initio sue cōceptionis eam habuit: ergo videt q̄ in ipso instanti sue conceptionis mereri potuit vt simul in eo esset meritū ꝛ premiū. Sed ctra. nullus meret fm q̄ est cōprehensoz. sed xp̄s q̄ntū ad fruitionē erat cōprehensoz: er nunq̄z fruitionē meruit. Ꝓ ex hoc ipso q̄ intellectus eius erat deo diunctus in persona sibi debebat fruitio. sed vnio nē nō meruit: ergo nec fruitionē. Ꝓ ad ꝰ dicendū ad primā questionē q̄ sicut predictū est meritū fm se est operatio ei⁹ qui iustiam patit fm quā facit suū id quod sibi reddenduz est. Non aūt datur aliquid alicui qui habet illud eo modo quo habet: nec aliquis facit suū quod suū est eo modo quo suū est. vnde ad merituz fm q̄ theologi de ipso loquunt in ordine ad ea que sunt bona simpliciter quattuoꝛ requirunt q̄ntū ad id quod aliquis mereri dicit. Primuz est q̄ illud sit de pertinētib⁹ ad beatitudinē. Secundū est q̄ illud sit non debitū quod per meritū acquirit reddendū iustitia mediante. Tertiū est q̄ illud sit non debitū quod merendo quis sibi debitū facit. Quartū q̄ id quod quis mereri dicitur sequat ad minus ordine nature ad ipsuz meritū. ꝛ ideo gratia que est merēdi p̄incipiū: ꝛ alia naturalia que exigūtur ad meritum sub merito non cadunt. Hec autē quattuoꝛ in christi imortalitate inueniunt: quia est de his que pertinent ad beatitudinē cozporis. Itē non fuit ab eo semp habitū: quia a principio mortale cozpus assumpsit. Item non fuit sibi debitū ratione nature q̄z cuis esset sibi debituz ratione persone. Item imortalitas non exigit ad merendum: et ꝓpter hoc imortalitatē meruit. Ad primū ergo dicendū q̄ q̄z imortalitas ꝛ omnia alia bona que sunt in potestate patris essent in potestate filij q̄ntū ad diuinā personā non tamē ratione humane nature: vnde nos merendo facimus nobis debitū de eo quod non erat debitū neq̄ nature

neq; persone. christus autē fecit merendo debitū nature de non debito nature cuius esset debitū persone. nec est simile de adoptione: quia adoptio respicit personā sicut ⁊ filiatio Meritū aūt in operatione consistit que variatur ſm varietatē nature vt prius dictū est. ¶ Ad secundū dicendum q; cuius actus mētis quo christus merebat sit simpliciter melius q; immortalitas corporis: tm̄ illa est melior q̄ntū ad statū inq̄ntū. s. ptinet ad statū beatitudinis: Actus vo mentis ſm q; in eo consistit meritū: pertinet ad statū viatoris. Vel dicendū q; hoc habet veritatē in premio substātiali anime: ⁊ non in alijs. ¶ Ad tertiū dicendū q; christus cuius non haberet necessitatē moriendi ex peccato: habebat tamen ex pncipijs naturalibus vt supra dictū est. ⁊ ideo humane nature in christo immortalitas nō erat debita. vel dicendū q; pnatio culpe cuius auferat meritū mortis: non tamen dat immortalitatē qua impossibile est mori qualis est immortalitas quam meruit christus: sicut patet in adam q̄ntū ad primū statū in quo nō erat predicta immortalitas. ¶ Ad secundā questionē dicēdū q; anima dupliciter dicit passibilis. Uno modo ſm iustitiam diuinā sicut patit in inferno ab igne corporali: ⁊ hec ē cōmunis anime ⁊ omni spiritui creato in suis tm̄ naturalibus cōsiderato. Alio modo dicit anima passibilis ſm naturam. ⁊ hoc vel per accidens ex passione corporis vt supra dictū est q; lesio corporis ad animā pertingit quodā modo inquantū est forma eius. vel per operationē propriā siue illa sit cōmunis anime ⁊ corpori: sicut in delectatiōib⁹ ⁊ tristitijs que sunt ſm partem sensitiuam. siue sit propa ipsi anime: sicut in delectationib⁹ ⁊ tristitijs intellectiue partis. quia autē anima ſm suam naturā est forma corporis: Forme autē est vt sit materie proportionata: ideo in ipsa natura anime etiam sine corpore existētis est vt sit nata pati ad passionē corporis cuius nō patiat actu sine corpore q̄ntū ad illas passiones que naturaliter ei inesse possunt vel ex corpore vel cum corpore. Nec autē aptitudo nō tollitur per id per quod natura per gratiā reformatur. cuius enī homo reformetur q̄ntū ad actus personales per gratiam: non tamen reformatur q̄ntū ad naturā nisi per gloriā que omnes defect⁹ nature tollit: cui⁹ signū est q; reformati per gratiā in actu naturali defectum patiunt: quia in originali peccato generāt. vnde oportet q; istam aptitudinē naturalē ab anima babitus glorie tollat per quē anima perficit nō solum in potentijs q̄ntū ad actus personales: sed inquantū est natura quedam. vnde ex ipsa glorificata in corp⁹ gloria transfundit p̄ habitū etiam glorie excludit ⁊ tristitia intellectiue partis. ⁊ iterū possibilitas peccādi p quā est possibilitas ad passionē ex iustitia ultrica. vnde constat q; impassibilitas anime ad gloriā pertinet. Et q; xp̄s gloriā anime inquantū est natura corporis nō habuit a principio siue cōceptionis: q⁹ corpus passibile fuit cuius haberet animaz glorioſam q̄ntū ad operationes quib⁹ deo fruebat. ideo sicut meruit imortalitatē corporis: ita etiaz meruit impassibilitatē anime. ¶ Ad primū ergo dicendū q; anima ſm suam naturā est impassibilis vt pati non possit q̄ntū ad passiones proprie dictas de quibus loquimur sine corpore: est tamē ſm naturā suā passibilis. i. potens pati has passiones in corpore ⁊ per corpus. vnde hec determinatio per naturā potest determinare passibilitatē vel q̄ntū ad potentiā: ⁊ sic falsa est propositio. vel quantū ad actū: ⁊ sic vera est: quia passibile est potens pati. ¶ Ad secundū dicendū q; cuius per accidēs inesset aie passio: nō tm̄ p accidēs aptitudo ad patiendū simul cū corpore. ⁊ ideo cuius ea sepata a corpore tollat passio ſm actū: nō tm̄ tollitur aptitudo patiendi. Unde si iterū corpori vniret nō faceret tm̄ coniunctū sibi corpus impassibile: sed in eo p accidēs pateret sicut ⁊ prius nisi q̄n glorificata est: tunc enī si corpori vnitur corpus impassibile facit. ¶ Ad tertiū dicendū q; impassibilitas anime ptinet ad beatitudinē aie inq̄ntū est natura ⁊ forma corporis: ⁊ talem beatitudinē aīa xp̄i nō habuit a principio siue cōceptionis: sed beatitudinē que ꝺsistit in actu fruitionis. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q; sicut dicit p̄s in. j. ethic. in felicitate aliquid inuenit essentiale ipsi sicut virtutes que faciunt operationē perfectā. Alia q̄d autē q̄ facit ad bene esse felicitatis: sicut diuitie: ⁊ amici: ⁊ huiusmodi. Silr dico q; aliq̄ sunt q; sunt de substantia beatitudinis: sicut dotes anime ⁊ corporis. aliquid aūt q̄ est de bene eē ipsius: sicut manifestatio beatitudinis ad alios in quo etiā gloria consistit: quia gloria est clara cū laude notitia. glo. Ro. vlti. sicut etiā p̄s dicit q; de bene eē ipsi⁹ felicitatis est vt felix etiā post mortē viuat in memorijs hominū. Quia in xp̄o debuit eē cōpletissima beatitudo: ideo nō solū in seipso beatificat⁹ est: sed ad perfectionē sue beatitudinis etiā sua beatitudo alijs ostensa fuit. ⁊ ſm hoc dicitur exaltationē meruisse. que q̄dē exaltatio in trib⁹ cōsistit. s. in noticia corporis ſm q; dicit accepisse nomē sup omne nomē: quia nomē de re noticiā facit. Itē in reuerētia corporis q̄n tū ad genuflectionē. Itē in confessione oris. ⁊ hoc est quod dicit Apl's Et oīs lingua cōfiteat ⁊c. ¶ Ad primū ergo dicendū q; cuius fuerit exaltat⁹ ab initio sue cōceptionis: non tm̄ sua exaltatio fuit tunc manifesta: ⁊ res in sacra scriptura tunc fieri dicit q̄n innotescit. ¶ Ad secundū dicendū q; nomen sup omne nomē dicit eē vt q̄ntū ad id a quo imponit ⁊ sic est nomē iesus vel xp̄s: quia vtrūq; exponit ex vnione humane nature ad diuinā: quia ſm hoc vnct⁹ dicit q; deo est vnctus. ⁊ ſm hoc etiā a peccatis saluos facere pōt. vel q̄ntū ad id cui nomen imponit: ⁊ sic hoc nomē deus est super omne nomen: q⁹ imponit sibi ſm diuinā naturā. ⁊ hec oīa cuius fuerūt in eo ſm rei veritatē a principio cōceptionis: non tm̄ erant in noticia hominū. ¶ Ad tertium dicendū q; ante resurrectionē erat quidem manifesta xp̄i exaltatio nō oīb⁹ ſz paucis. ⁊ quibusdā etiā non p certitudinē: ſz p q̄ndā coniecturā: sicut demonib⁹: ⁊ aliquib⁹ iudeis. ſz post resurrectionē suā altitudo toti mundo innotuit: ⁊ p certitudinez fidei. ¶ Ad quartū dicēdū q; meritū nō fit propter premiū nisi ad quod ordinat⁹ principaliter: hoc aūt est illud q̄ē de substātia beatitudinis. vnde etiā cuius honor ciuil⁹ sit quo premiat⁹ virtus ciuilis: tm̄ ciues propter illū honorē nō operant⁹ virtutis opera: ſz ꝓpter bonū ipsi⁹ virtutis. ¶ Ad q̄rtā questionē dicendū q; glia aie consistit in hoc q; aīa ipsi deo vnit⁹ p visionē ⁊ amorē. ⁊ quia posterior vnio presupponit priorē: sicut hoc q; deus est in sanctis p gratiā presupponit hoc q; in oīb⁹ est p essentiā presentiam ⁊ potentiā: iō eadē rōne vnio que est in psona q̄ est vltima ⁊ cōpletissima psupponit oēm aliam vnionē ad deū. vnde ex hocipso q; aīa xp̄i erat deo in psona diuncta debebat sibi fruitionis vnio: ⁊ nō p operationē aliquā ei facta debita. ⁊ ideo q⁹ meritū ꝺsistit in opatione que facit nobis aliq̄d debitū xp̄s fruitionē nō meruit. Secus aūt est de glia corporis: q⁹ glia corporis nō ꝺsistit in vnione ad deū: vnde sine ea corp⁹ diuinitati vnitū esse potuit: ⁊ fuit dispensatiue propter opus redemptionis implendū. Et propter hoc fruitionē in qua cōsistit glia aie christus semper habuit: ⁊ ipsam nō meruit sicut meruit gloriam corporis. ¶ Ad primū ergo dicendū q; hoc q; christ⁹ sibi beatitudinē que est in fruitione non meruit non fuit ex insufficientia meriti: sed ex perfectione merētis. ¶ Ad secundum dicenduz q; christus magis habuit ex seipso quod ex vnione habuit q̄ aliquis habeat id quod ex operatiōe acq̄rit: quia habuit illud naturaliter. ⁊ ideo etiam glorios⁹ habuit fruitionē q̄ aliquis alius. ¶ Ad tertiū dicendū q; ſm illam opinionē angeli nō semper habuerunt beatitudinez: nec iterū aliquid erat in eis vnde eis deberetur. ⁊ ideo mereri potuerunt simul q̄n acceperūt gratiā: vt in. ij. li. di. vj. dictum est. nō est aūt ita de xp̄o q̄ semp beat⁹ ſm animā fuit: ⁊ cui ex ipsa vnione debebat gloria.

Ad quintū sic procedit. videt q; christus per passionē non meruerit sibi. mereri enī est aliquid sibi debitū facere. sed qui sibi semel aliq̄d debitū fecit puta emēdo nō vlteri⁹ emit illud: ergo ⁊ q̄ meruit aliq̄d semel

vlteri⁹ nō pōt mereri illud. ſz xp̄s ab inſtāti cōceptionis meruit ſibi ea q̄ dicta ſunt: ergo per paſſionē nibil ſibi meruit. ℂ P meritū facit vel de nō debito debitū: vl̄ de debito magis debitū. ſed ea que xp̄s meruit nō fuerūt ſibi magis debita poſt paſſionē q̄ ante: q⁹ p primū meritū fuerūt ſibi facta ſufficienter debita: ergo per paſſionē ſibi xp̄s nibil meruit. ℂ P paſſio in corpore xp̄i fuit. ſed meritū nō eſt niſi in aīa: ergo p paſſionem xp̄s nibil ſibi meruit. ℂ P meriti principiū eſt in nobis: quia volūtariū eſt cui⁹ principiū eſt intra: vt dicit in. iij. ethico. ſed principiū paſſionis nō eſt in patiēte ſz in agēte ḡ xp̄s p paſſionē nō meruit. ℂ P oē meritū oſiſtit in charitate. ſz pati paſſiōes laudabil⁹ nō eſt op⁹ charitatis ſz patiētie vl̄ fortitudinis: ḡ xp̄s per paſſionē nō meruit. ℂ Sz ō eſt qō or̄ in lr̄a q⁹ paſſio claritatis eſt meritū. ℂ P actib⁹ virtutū meremur. ſed xp̄s eſt paſſus ex maxima charitate Jo. xv. Maiorē charitatē ⁊c. ergo ipſe p ſuā paſſionez meruit. ℂ P paſſio ſua maior fuit alioꝝ ſcōꝝ paſſionib⁹: vt ſupra di. xv. dictū eſt. ſed alij ſancti ſuis paſſionibus meruerunt: ergo ⁊ xp̄s p ſuam paſſionē meruit. ℂ R⁹ dicendū q⁹ mereri ſicut dictū eſt eſt facere aliquid ſibi debitū: hoc autē contingit tribus modis. Uno modo q̄ aliquis facit de nō debito debitum: ſicut aliquis primo motu charitatis meretur vitā eternā faciens eam debitā ſibi q̄ prius ei debita nō erat. Alio modo quod erat minus debitū faciendo ſibi magis debitū: quod cōtingit in eo in quo charitas augeſ. Tertio contingit q̄ aliquid quod eſt vno modo debitū ſibi facit alio modo debitū ſibi: ſicut puer baptiſatus cui debeſ vita eterna ex habitu gratie in baptiſmo infuſo q̄ vſum liberū habere incipit facit ſibi debitā eā ex actu. primo igit⁹ mō xp̄s meruit in primo inſtanti ſue conceptionis claritatē corporis: que quidē nō erat ei debita neq; ex cōditione nature in ſe cōſiderate neq; ꝺſequebaſ ex neceſſitate vnionis ſicut gloria fruitionis vt dictū eſt. Secundo aūt modo xp̄s mereri nō potuit: q⁹ charitas nō ē augmētata in xp̄o. Tertio mō meruit in oīb⁹ actib⁹ ſuis poſt primū inſtans ſue cōceptionis: quia fecit ſibi debitū aliquib⁹ actib⁹: quod prius alijs actibus debebaſ. Actus autē quo quis mereſ eſt ille cuius agēs eſt dīs vt ſupra dictū eſt: ⁊ qui eſt p̄poꝛtionat⁹ mercedi. Eſt aūt homo dīs ſuoꝝ actuū p volūtatē quā quia charitas perficit in ordine ad finē vltimū: ideo actū fini p̄poꝛtionatū facit. ſ. beatitudini que p̄poꝛtie merces eſt noſtroꝝ meritoꝝ. ⁊ ideo omnis actus volūtarius charitate informatus eſt meritorius. Cū igit⁹ xp̄s paſſionē ſuam volūtarie ſuſtinuerit: oblatus enī eſt quia voluit: ⁊ volūtas iſta charitate fuerit informata: nō eſt dubiū q⁹ p ſuā paſſionē meruerit. Ad primū ergo dicēdū q⁹ emptio eſt principaliter ꝓpter habendā rem que emit̄: ⁊ ideo poſtq̄ ſemel empta eſt vlterius nō emit̄. ſed actio qua quis mereſ nō eſt principaliter

nem dicendum q̄ sicut clausio ianue est obstaculum perbibens ab ingressu dom⁹: ita per silitudinē dicit ianua paradisi clausa inquantū est aliquod obstaculuz ꝓhibens ab introitu paradisi. Obstaculū autē potest esse duplex. Unū ex parte persone: quod est p peccatū actuale. Aliud ex parte nature: quod est p peccatū originale. Primū quidem obstaculum non est cōmune omnib⁹ sed tñ peccatoꝛib⁹. sed secūdū obstaculū est omnib⁹ cōmune. ꝛ hoc quidē obstaculum auferri nō potuit nisi p eū cui⁹ operatio in totā naturā potuit s. xp̄m. ꝛ iō ipse nobis q̄ntū ad hoc opationē ianue meruit q̄ p peccatuz primi hoīs toti vitiate nature clausa erat. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ est duplex paradisus. s. celestis que est ipsa visio dei: ꝛ terrestris. Per peccatū aūt primi hoīs clausa fuit ianua paradisi terrestris in figuz q̄ humane nature claudebat ostiū paradisi celest̄. Enoch ergo ꝛ helias q̄uis paradisum terrestrē ante passionē ingressi sunt: nō tñ paradisum celestē: de cui⁹ ianua hic loq̄mur. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ antiq̄ patres meruerūt introituz paradisi q̄ntū ad id quod p̄sone est: sicut ꝛ nos: tū q̄ remouerē impedimentuz qō erat ex parte nature mereri nō potuerūt. ꝛ ideo semp remanebat eis ianua clausa. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ q̄uis remotū sit impedimentū qō erat ex parte nature p xp̄m: tamē oportet q̄ p actū meritoziū efficiat hominī paradisi debit⁹ q̄ntū ad id qō est p̄sone. ꝛ ideo oportet q̄ hō agat ad hoc vt paradisum intrare mereat. ¶ Ad tertiā questionē dicēdū q̄ obstaculū qō ianuam paradisi claudebat vt dictū est: fuit peccatū totam naturā inficiens. ꝛ ideo qz peccatū p satisfactionē tollit̄: nec satisfactio potuit congrue aliter fieri nisi p passionē xp̄i vt infra dicet: ideo p passionē ipsius tñ aperta est nobis ianua: ꝛ nō p alia q̄ prius operat⁹ est. tñ p alia que prius operat⁹ est meruit nobis ouersionē ad ipsum inq̄ntū meruit se nobis manifestari p quā nos p̄ficim⁹: ꝛ non ipse. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ meritū satisfactionis nō cōsistit tñ in charitate: ꝫ req̄rit passionē xp̄i vt infra dicet. p satisfactionē autē oportebat nobis ianuā aperiri. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ in baptismo aperti sunt celi: qz baptism⁹ est id p quod efficimur participes passionis xp̄i cōsepulti cum ipso in morte Ro. vi. vnde baptism⁹ aperit ianuam nisi supposita passione. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ ascensio nō aperuit ianuam q̄ntū ad id quod est essentiale paradiso. s. visionem dei: qz etiā ante ascensionē deū viderūt scī educti de limbo sed q̄ntū ad locū cōgruentē beatis. Ut amota ignea rūphea que quidē posita in paradiso terrestri significabat impedimentū quod ꝓhibebat ingressum paradisi celestis. ¶ Ꝫ vel mox post carnis ꝛc. hoc probabilius est: quia etiā alie anime scōꝝ que nihil purgabile habēt mox post separationē a corpore impassibiles fiunt. In qua forma crucifixus est in ea exal. Cōtra. Exaltatio est vsq̄ ad equalitatē patris qō nō ouenit sibi fm̄ humanā naturā in qua crucifixus est. Dicendum q̄ exaltatio potest dupliciter intelligi. Aut q̄ntū ad cognitionē nostrā: ꝛ sic debet̄ persone ratiōe vtriusq̄ nature. Aut q̄ntū ad rem: ꝛ sic cum exaltatio duo importet. s. terminū ad quē: ꝛ motū: ad ipsum termin⁹ cōuenit persone fm̄ q̄ dicitur exaltari vsq̄ ad equalitatē patris. nature aūt assumpte fm̄ q̄ dicit̄ exaltari ad potioza bona patris. motus autē cōuenit tñ nature: ꝛ ideo exaltatio ouenit persone rōne nature. ¶ Nō est autē inuentus aliquis inter homines. Quia meritū vn⁹ puri hominis nō poterat in totā naturā. Uix vnicuiq̄ sua. Quia iustitie nostre imperfectionē habēt admixtam. ꝛ ideo vix valent q̄ntū ad personale meritum. nullo autē modo ad merendū ꝓ tota natura. ¶ Impleto autē dei decreto. Decretū dicit̄ dei ꝓceptū quod adā transgressus est: quod christus obediendo impleuit. Uel decretū dicitur sententia mortis quā in adam tulit. ꝛ hoc etiā decretū xp̄s impleuit q̄n mortem sustinuit. Cyrographū autē dicitur memoria preuaricationis ade: siue reatus ipsius: quod xp̄s ꝓ nobis satisfaciendo deleuit. Tantū enī fuit peccatū. De hoc infra di. xx. quere.

## DISTINCTIO .XIX.

¶ Dic qualiter a diabolo ꝛ a peccato redemit nos per mortem.

In Unc igit̄ queramus quomodo per mortem ipsius a diabolo ꝛ a peccato ꝛ a pena redempti sumus. A diabolo igit̄ ꝛ a peccato per mortē christi liberati sumus: quia ut ait Apostolus in sanguine ipsi⁹ iustificati sum⁹. ꝛ in eo q̄ sumus iustificati. i. a peccatis soluti a diabolo sumus liberati: qui nos in vinculis peccatoꝝ tenebat. Sed quomodo a peccatis per eius mortē soluti sumus: Quia per eius mortē ut ait Apostolus cōmendatur nobis charitas dei. i. apparet eximia uel cōmendabil̄ charitas dei erga nos in hoc q̄ filiū suū tradidit in mortē ꝓ nobis peccatoꝛibus. Exhibita aūt tante erga nos dilectionis arra ꝛ nos mouemur accēdimurq̄ ad diligendū deū q̄ ꝓ nobis tantū fecit: ꝛ per hoc iustificamur. i. soluti a peccatis iusti efficimur. Mors igit̄ xp̄i nos iustificat dum per eam charitas excitat̄ in cordibus nostris. Dicimur quoq̄ ꝛ aliter per mortez xp̄i iustificari: quia per fidem mortis eius a peccatis mūdamur. Unde Aplus: Justitia dei est p fidē iesu xp̄i Et idem: Quē proposuit deus propiciatorē p fidē in sanguine. i. p fidē passionis ipsius: ut olim aspicientes in serpentē eneum in ligno erectuz a morsibus sanabantur serpentiū. Si ergo recte fidei intuitu in illū respicimus qui ꝓ nobis pependit in ligno: a vinculo diaboli soluimur id est a peccatis: ꝛ ita a diabolo liberamur: ut nec post hanc vitam in nobis inueniat quod puniat. Morte sua quippe vno verissimo sacrificio quicquid culparū erat vnde nos diabolus ad luēda supplicia detinebat christus extinxit: ut in hac vita temptando nō p̄ualeat. Licz enī nos temptet post mortē xp̄i: quib⁹ modis ante temptabat: non tamen vincere potest sicut ante vincebat. Nam petrus qui ante xp̄i mortem voce ancille territus negauit: post mortē ante reges ꝛ p̄sides duct⁹ non cessit. Quare: Quia fortior. i. christus veniēs in domū fortis. i. in corda nostra vbi diabolus habitabat alligauit fortez. i. seductione compescuit fideliū: ut temptationez que ei adhuc permittit̄ non sequat̄ seductio. Itaq̄ in christi sanguine qui soluit que nō rapuit redempti sumus a peccato: ꝛ per hoc a diabolo. Nam ut ait Augus. in ipso vincunt̄ inimice nobis inuisibiles potestates: vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso enī sanguine sine culpa omniū culparū cyrographa deleta sunt: quibus debitoꝛes qui in euz credunt a diabolo ante tenebant̄. Ꝫ̄ qui ꝓ multis effundet̄. Per illū ergo redempti sum⁹ in quo p̄inceps mundi nihil inuenit. Unde Augus. causam ꝛ modum nostre redemptionis insinuans ait Nihil inuenit diabolus in christo ut moreret̄: sed ꝓ voluntate patris mori christus voluit: non ha

bens causam mortis de peccato: sed de obedientia & iustitia mortē gustauit: per quā nos redemit a seruitute diaboli. Incideram⁹ enī in principē huius seculi qui seduxit adā & seruū fecit: cepitq; nos q̄si vernaculos possidere. Sed venit redemptor & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro. Tetendit ei muscipulam crucē suā: posuit ibi quasi escā sanguinē suū. Ille autē sanguinē fudit nō debitoris per quod recessit a debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinē fudit ut peccata nostra deleret. Vnde ergo nos diabolus tenebat delētū est sanguine redemptoris. Nō enī tenebat nos nisi vinculis peccatorū nostrorū. iste erant cathene captiuorū. Venit ille. alligauit fortē vincul̄ passionis sue. intrauit in domū ei⁹. i. in corda nostra vbi ipse habitabat: & vasa eius. s. nos diripuit q̄ ille impleuerat amaritudine sua. Deus autē noster vasa ei⁹ eripiens: & sua faciens fudit amaritudinē: & impleuit dulcedine: p mortē suā a peccatis redimens & adoptionē filiorū largiens.

¶ Cur deus homo & mortuus.

Factus est igit̄ homo mortalis ut moriēdo diabolū vinceret. Nisi enī homo eēt q̄ diabolū vinceret nō iuste ſz violenter hō ei tolli videret̄ qui se illi spōte subiecit. Sed si eū hō vincit iure manifesto hominē perdidit. & ut hō vincat necesse est ut deus in eo sit qui eū a peccatis īmunē faciat. Si enī hō p se eēt: uel angelus in homine facile peccaret: cū vtrāq; naturā p se constet cecidisse. Ideo dei filius hominē passibilē sumpsit: in quo & mortē gustauit: quo celū nobis aperuit: & a seruitute diaboli. i. a peccato. seruitus enī diaboli peccatū est. & a pena redemit. A qua pena. Temporali & eterna. Ab eterna quidem relaxando debitū. A tēporali vo penit⁹ nos liberabit in futuro q̄n nouissima mors inimica destruetur. Adhuc enī expectamus redēptionē corporis. ſm animā vero iam redempti sumus ex parte: non ex toto: a culpa: non a pena. Nec omnino a culpa. Non enī ab ea redempti sumus ut nō sit: sed ut nō dominet̄.

¶ Quō penam nostrā portauit.

Peccata enī nostra. i. penam pctō⁹ nostro⁹ dicit̄ in corpore suo sup lignū portasse: q̄ p ipsi⁹ penā quā in cruce tulit: ois pena tēporalis q̄ pro pctō conuerso debet̄ in baptismo penitus relaxat̄: ut nulla a baptisato exigat̄ & in penitentia minorat̄. Nō enī sufficeret illa pena qua penitens ligat ecclesia nisi xp̄i pena cooperaret̄ q̄ pro nobis soluit. Vnde pctā iustorū qui fuerūt ante aduentū in sustentatione dei fuisse vsq; ad xp̄i mortē dicit Ap̄s ad ostēsionē eius iustitie in hoc tpe. Ecce ex pte expositū est quō & quid xp̄s p mortē nobis meruit & impetrauit.

¶ Si solus xp̄s debeat dici redemptor ut solus dicitur mediator.

Vnde ipe vere dicit̄ mūdi redemptor & dei hominūq; mediator. ſz mediator in scriptura dicit̄ solus filius: redēptor vo aliq̄ etiā pater uel spūssanctus. Sed hoc propter vsum potestatis: nō ppter exhibitionē humilitatis & obediētie. Nā ſm potestatis simul & obedientie vsum filius proprie dicit̄ redemptor: quia & in se exple/uit p q̄ iustificati sum⁹: & ipsaz iustificationē est operatus: potētia deitatis cū p̄e & spū sancto. Est igit̄ redemptor inquātū est deus potestatis vsu: & inq̄ntū homo humilitatis effectu. Et sepius dicit̄ redēptor ſm humilitatē: quia ſm eam & in ea suscepit & impleuit illa sacramenta que sunt causa redēptionis nostre. Proprie igit̄ fili⁹ dicit̄ redemptor.

¶ De mediatore.

Qui solus dicit̄ mediator nō pater uel spūs sanctus. De quo ap̄s: vnus mediator dei & hominū hō xp̄s iesus. i. p hominē q̄si in medio arbiter est ad cōponendā pacē. i. ad reconciliandū hoies deo. Hic est arbiter quem iob desiderat. vtinā eēt nobis arbiter. Recōciliati enī sumus deo ut ait ap̄s p mortē xp̄i. Quod nō sic intelligēdū est quasi nos ei sic recōciliauerit xp̄s ut incepe/rit amare quos oderat: sicut recōciliat̄ inimic⁹ inimico: ut deinde sint amici q̄ ante se oderāt. sed iam nos diligēti deo recōciliati sumus. Nō enī ex quo ei recōciliati sumus: p sanguinē filij nos cepit diligere: sed ante mundū priusq; nos aliquid essem⁹. Quō igit̄ diligēti nos deo sum⁹ recōciliati? Propē pctm̄ cū eo habebam⁹ inimicitias q̄ habebat erga nos charitatē: etiā cū inimicitias exercebamus aduersus eū operādo iniq̄tatē. Ita ergo inimici eramus deo sicut iustitie sunt inimica pctā. Et ideo remissis peccatis tales inimicitie finiunt̄: & recōciliātur iusto q̄s ipse iustificat. Xp̄s ergo mediator dicitur eo q̄ medi⁹ inter deū & hoies ipsos recōciliauit deo. Reconciliat aūt dū offendicula hominū tollit ab oculo dei. i. dū pctā delet quib⁹ deus offendebat̄. Et nos inimici ei⁹ eram⁹: ſz cū pctā deleat nō solū fili⁹: sed pater & spūssanct⁹: quor⁹ dilectio est nostra ad deū recōciliatio. quare solus filius dicit̄ mediator? Nā de patre legit̄ q̄ recōciliauerit sibi mūdū. Ait enī ap̄s: Deus erat in xp̄o mundū sibi reconcilians. Cū igit̄ recōciliet: quare nō dicit̄ mediator? Quia nec medius est inter deū & hominē: nec in se habuit illa sacramēta quor⁹ fide & imitatione iustificamur. i. recōciliamur deo. Recōciliauit nos igit̄ tota trinitas virtutiſ vsu. s. dū pctā delet. ſz fili⁹ sol⁹ impletione obedientie in quo patrata sunt ſm humanam naturam ea per que credētes & imitantes iustificantur.

¶ Secōm quā naturā sit mediator.

Vnde mediator dicit̄ ſm humanitatē: non ſm diuinitatē. Non est enī mediator inter deum & deū quia vnus est: sed inter deum & hominē quasi inter duo extrema. quia medi⁹ esse non potest nisi inter aliqua. Mediator est igit̄ inquantū homo. Nam inquantū deus non mediator sed eq̄lis patri est hocidez q̄d p̄ cū patre vnus deus. Mediator ergo inter homines & deum trinitatem: ſm hominis naturam in qua suscepit illa

per que reconciliamur deo trinitati: ꝛ ſm eandem habet aliquid ſimile deo: ꝛ aliquid ſimile homini/bus: quod mediatori congruebat ne per omnia ſi/milis hominibus longe eſſet a deo: aut per omnia deo ſimilis longe eſſet ab hominibus: ꝛ ita media/tor non eſſet. verus igit mediator xps inter morta/les peccatores ꝛ immortalē iustū apparuit. morta/lis cū hominibus: iustus cū deo. p infirmitatē pro/pinquans nobis: per iustitiam deo. Recte igit me/diator dictus est quia inter deum imortalē ꝛ homi/nē mortalem deus homo reconcilians hominem deo. Intantū mediator inquantū est homo. Inq̄n/tū autē verbū non est medius: quia vnus cū patre deus. Si ergo xps ſm vos o heretici vnam tm̄ ha/bet naturā: vnde medius erit. Nisi ita sit medius ut de⁹ sit propter naturā diuinitatis: ꝛ hō propter humanitatis naturā: quomō in eo humana recon/ciliant diuinis. Nam ipse veniens prius in se hu/mana sociauit diuinis per vtriusq̄ nature coniun/ctionē in vna persona: Deinde omnes fideles per mortē reconciliauit deo: dū sanati sunt ab impieta/te quicūq̄ humilitatē xpi credendo dilexerūt: ꝛ di/ligēdo imitati sunt.

¶ Sūmatim intelligentie premissa perstringit.

Ecce hic aliquatenus insinuat quare chri/stus solus dicitur mediator dei ꝛ hominū et ſm quam naturā mediet. ſ. humanam: ꝛ cui mediet. ſ. deo trinitati. Trinitati enim nos re/conciliauit per mortem: per quam etiam nos rede/mit a seruitute diaboli. Nam ut Petrus ait non co/rruptibilib⁹ auro uł argēto redēpti sum⁹: ſz pcio/so sanguine agni imaculati.

¶ Postq̄ determinauit magister de merito xpi ſm q̄ or/dinat ad bonū psequendū sibi ꝛ nobis: hic determinat de merito ipsius ſm q̄ ordinat ad remotionez mali in nobis. ipse enī in se neq; subiectus est culpe neq; debitor est pene. Diuidit autē in duas partes. In prima ostendit quō p pas/sionē christi liberamur a malis. In secunda de causa passio/nis christi. di. xx. Si vō queritur. Prima in duas. Primo ostendit quomodo per meritū passionis christi sumus libe/rati a malo. Secūdo determinat de his que dicunt de xpo rōne huius liberationis ibi: Unde ꝛ ipse vere dicitur. Pri/ma in du. Primo ostendit quomodo per passionē xpi libe/rati sumus a malo culpe: ꝛ a potestate instigantis ad culpaz ſ. demonis. Secūdo ostendit quomodo per dictam passio/nem sumus liberati a malo pene ibi: A pena redemit. Circa primū duo facit. Primo ponit intentū. Secundo exsequit propositū ibi: Sz quomodo a peccatis. Circa quod duo fa/cit. Primo prosequitur modū quomodo per christi passio/nem ꝛ mortē liberati sumus a peccato. Secūdo quō libera/ti sumus a potestate diaboli ibi: A diabolo liberamur. Cir/ca quod tria facit. Primo ostendit q̄ntū ad quid liberati su/mus a potestate diaboli. Secūdo exponit modū liberatio/nis ibi: Unī Aug. cām ꝛ modū. Tertio q̄ hoc fieri non pote/rat nisi per deū ꝛ hominē ibi: Factus est igit hō mortalis.

Et a pena redemit. Hic ostendit quō sum⁹ liberati a pena p xpi passionē. Circa quod duo facit. Primo ostēdit a qua pena nos liberauit. Secūdo modū liberationis ibi: Pecca/ta quoq; nostra. Unī ipse vere mediator. Hic determinat de his que dicunt de xpo rōne dicte liberationis. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quare dicat redemptor. Se/cūdo quare dicat mediator ibi: Qui solus dicit mediator. Circa quod tria facit. Primo ostendit rationē quare dicit mediator. Secundo ostendit q̄ ipse solus est mediator: nō pater vel spūssanct⁹ ibi: Sed cū peccata deleat. Tertio osten/dit ſm quā naturā ipse sit mediator ibi: Unī ꝛ mediator dr.

¶ Questio Prima.

Hic querunt quinq;. Primo vtrū per passionē xpi sumus liberati a peccato. Secūdo vtrū per ipsaz su/mus liberati a potestate diaboli. Tertio vtrum per ipsum sumus liberati a pena. Quarto vtrū rōne illius libe/rationis christus dicendus sit redemptor: Et quinto eadem ratione sit mediator.

Ad primū sic, pcedit. videt q̄ per passionē christi nō sumus liberati a peccato. Christus enī non est pas/sus ſm diuinam naturā sed ſm humanā. sed pecca/ta delere solius est dei: vt patet Isa. xliij. quia ipsius soli⁹ est gratiam dare per quā delentur peccata: ergo per passionez christi peccata nostra deleri non potuerūt. ¶ Ꝑ corporale nō potest agere in spirituale. sed passio christi fuit quoddā corporale: ergo nō potuit agere in animas nostras ad delē/da peccata. ¶ Ꝑ liberatio a peccato dicitur esse iustificatio sed hec attribuitur resurrectioni Roma. v. Resurrexit pro/pter iustificationē nostram. ergo liberatio a peccato nō de/bet attribui passioni sed resurrectioni. ¶ Ꝑ sicut passio xpi excitat in nobis charitatē: ita ꝛ alia beneficia dei: quia ipse nobis temporalia ꝛ spiritualia bona tribuit. Similiter etiā sanctor⁹ exempla nos ad charitatē excitant: ꝛ tamen nō dici/tur q̄ p omnia beneficia dei a peccato liberemur. ergo neq; debet dici q̄ per passionē liberemur a peccato quia nos ad charitatē excitat vt dicit magister. ¶ Ꝑ sicut habem⁹ fidez de passione sic etiam habemus fidem de creatione mundi: ꝛ tamen nō dicit q̄ per bona creationis a peccato munde/mur q̄uis fides corda purificet: vt dicit Act. xv. ergo vide/tur q̄ nec etiā ista rōne dicendū sit q̄ p passionē a pctis libe/rati sum⁹ vt dicit mgr. ¶ Sed ꝫ. Apoc. v. Lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo. sanguinē aūt in passione fudit: ergo p passionē a pctis nos liberauit. ¶ Ꝑ signū rūdet signato. Sz/ritus ve. legis fuit signū ꝛ figura xpi. cū igit in ve. le. nō fue/rit fine sanguinis effusione remissio: vt dicit Hebre. ix. nec pctor⁹ remissio fit nisi p sanguinis xpi effusionē. Ulte/rius videt q̄ nō oia pcta p xpi mortē deleta sunt. nullus enī damnat nisi pro pctō: sed multi post xpi passionē dānant: ergo nō quicqd culparū erat deleuit. ¶ Ꝑ quod semel dele/tū est vlteri⁹ deleri nō pōt. Sz pcta precedentiū patrū deleta erant ꝛ q̄ntū ad actualialia p penitentiā ꝛ q̄ntū ad originā/le p circūcisionē: ergo p passionē xpi nō oia pcta humani ge/neris deleta sunt. ¶ Ꝑ pctm̄ nō pōt deleri anteq; fiat q; tūc nunq; fieret. Sz multa pcta facta sunt post xpi passionē: ergo nō oia pcta deleuit. ¶ Ꝑ penitētia: ꝛ baptism⁹: ꝛ alia bona opa nobis indicunt ad pctor⁹ remissionē: hoc aūt nō esset si oia pcta p mortē xpi deleta eēnt: ergo videt q̄ non oia dele/ta fuerunt. ¶ Ꝑ eor q̄ sunt eqlia vnū nō destruit alterū. sed quantū bonū fuit passio xpi ex pte patiētis tantū malū fuit occisio ipsi⁹ ex pte occidētū: qz occidebat de⁹ q̄ erat infini/tū bonū. ergo videt q̄ illud pctm̄ p xpi mortē expiari nō po/tuit. ¶ Sed otra. Col. ij. Uiuificauit nos cū illo donās no/bis oia delicta. Sz donare delicta ē remittē pcta: ergo p xpm oia pcta sunt dimissa. ¶ Ꝑ passio xpi q̄ntū in se est eqlit se hz ad oia pcta delēda. si ergo aliq̄ pcta nō deleuit nulla dele/uit: qđ ē absurdū. ¶ R⁰ dicēdū ad primā questionē q⁹ de/lere pctm̄ dr dupl̄r. Uno mō formaliter: sicut albedo dr dele/re nigredinē p q̄ aduenit in subiecto: ꝛ sic gr̄a ē delē pctm̄. Alio mō dicit effectiue: ꝛ hoc cōtingit tripliciter ſm tria ge/nera cause efficietis. dicit enī causa efficiēs vno modo per/ficiēs effectū: et hoc est principale agens inducēs formā: et sic solus deus peccatū delet: quia ipse solus gratiā infundit. Alio modo dicitur efficiens disponēs materiā ad recipien/dum formam: ꝛ sic dicitur peccatuz delere ille qui meretur peccati deletionē: qz ex merito efficit alīq⁹ dign⁹ q̄si mate/ria disposita ad recipiendū gratiā p quam peccata deleant.

hoc autem contingit dupliciter vel sufficienter vel insufficienter. Sufficiēter quidē dispōsita est materia: quādo fit necessitas ad formā: z similiter aliqs sufficiēter per meritū dispōnit ad aliqd qñ illud efficit sibi debitū. z hoc est meritū cōdigni: z sic null⁹ homo neqz sibi neqz alteri pōt mereri gratiā vel peccati deletionē. Nō sibi qz anteqz gratiā habeat nō est in statu merēdi vt patz ex dictis. Aljs nō: quia actio vni⁹ nō pōt sufficiēter transire in alterū nisi inquantū habet aliquā cōmunitatē cū illo qui pōt esse vel per cōmunionē in natura vel per cōiūctionē affect⁹: sz pma coniūctio est essentialis. secūda aūt accidētalis. pri⁹ aūt homo nō pōt in naturā: qz vt supra dictū est: est inferior ꝯ natura. z ideo nō pōt actio eius in aliū hominē trāsire fm qd cōiungit ei in natura: sed solū quātū ad cōiunctionē affect⁹ que est coniūctio accidētalis. z ꝓpter hoc nō potest alteri sufficienter mereri: sz ex cōgruo. Solus aūt xps alijs pōt sufficiēter mereri: qz potest in naturā inquātū de⁹ est z charitas sua quodāmodo est infinita sicut z gratia vt supra dictū est. in hoc aūt ꝓ tota natura meruit in quo debitum nature. s. mortis que pro peccato ei debebat exoluit ipse peccatū nō habēs vt sic nō pro se mortē soluere teneret: sed pro natura soluere. vnde satisfaciēdo ꝓ tota natura sufficiēter meruit peccatorū remissionē aljs qui peccata habebant. tertio modo dicit agens instrumētale. z hoc mō sacramēta delēt peccata: qz sunt instrumēta diuine misericordie saluantis ¶ Ad primū ergo dicendū qd ea que hoīs erāt xps supra hoīem faciebat fm qd eius actio habebat virtutē ex diuino consortio vt supra dictū est. z ideo ꝯquis passio eius esset fm qd homo tamē per passionē pctā deleuit: sicut per contactum corporalē lepro sum mūdauit. ¶ Ad secundū dicēdū qd ꝯquis passio esset in corpore: tñ erat in spiritu acceptāte passionez z ideo per passionē meruit nostrorū spirituū emundationē ¶ Ad tertium dicendū qd xps est vni⁹ nature nobiscū. vnde ei⁹ actio in nos est aliquo mō vniuoca. i. similitudinem habēs cū effectu: ꝯquis aūt in iustificatiōe peccata deleant tamē iustificatio nominat illā mutationē de culpa in gratiam fm terminū ad quē: peccati aūt deletio fm terminū a quo. Et ideo attribuit peccati deletio morti que vitā passibilē vite peccatrici similē i pena a xpo ademit. Justificatio aūt resurrectioni per quā noua vita in xpo inchoata est. et hoc est qd ap̄lus dicit Ro. v. qd resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā z tradit⁹ est ꝓpter delicta nra. ¶ Ad quartuz dicendū qd xps inquantū nobis influxit per meritum dicit caput nostrū vt supra dis. ix. dictū est. Ex capite aūt nō recipit influxus in mēbris diuisis: sz in mēbris cōiūctis capiti quātūcūqz caput ex se sufficiēs sit ad influēdū. vnde ꝯquis meritū xpi sit sufficiēs ad delendū peccata: tñ ad efficientiā delectionis requirūt ea que capiti cōiungūt. huiusmodi aūt sūt fides z charitas. z ideo magister assignat fidem passiōis z charitatē quasi causas efficiētie deletiōis culpe. causam tñ sufficiētie assignat in hoc qd dicit qd mors xpi est verū sacrificiū per qd peccata delent. vnde ꝯquis ex aljs diuinis beneficijs z sanctorū exēplis charitas excitet. nō tamen coniungit merito sufficiēti ad culpe deletionē inquātū ex eis excitat: sed inquantuz excitatur ex passione xpi. Similiter dicenduz ad quintū de fide. ¶ Ad secūdā qōnē dicēdū qd dicenduz ad quintū de fide. ¶ Ad secūdā qōnē dicēdū qd ad hoc qd aliqd in alterꝫ effectū inducere possit. duo requrūt vnū ex pte agētis. s. qd habeat virtutē sufficiētē ad inducēdū illū effectū. Alterū ex pte recipiētis vt. s. dispōsituz sit ad suscipiēdū actionē a xpi q̄ in nobis meruit deletionē pctōruz inuenit sufficiētia ad delēdū oia pctā nostra ex duob⁹. s. ex actione in q̄ merituz cōsistit que agit vi dīna eo qd est actio dei z hoīs vt dictū est. z ex hoc habz infinitā in merēdo efficaciā. Et iterū ex eo qō passio abstulit. s. aīam deo vnitā q̄ etiā habebat infinitū valorē. z hoc qd est deo vnita z ex hoc est infinita efficacia in satisfaciēdo. Ex parte aūt nra requrit vt nos prepare⁹ ad meriti xpi effectū in nobis suscipiēdū per fidē intellect⁹ z charitatez affect⁹ z ꝓ imitationē operis qō quidē nō cōtingit in oīb⁹: z ideo quo ad sufficientiā satisfactionis z meriti oia peccata per xpi passionē deleta sūt nō aūt quātū ad efficientiā. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū qd in illis qui dānant est indispositio ad recipiēdū effectū meriti xpi. vnde ex hoc. cōtingit qd eoz pctā nō delētur nō ex insufficientia meriti passionis xpi. ¶ Ad secūdū dicendū qd etiā in sanctis q̄ fuerūt añ incarnationē habuit effectū passio xpi inquātū fidē habebāt passiōis ipsi⁹ per quā iustificabant: qz aūt passio nōdū erat in rerū natura: sz in eodem fide inquātū personale actiōe in xp̄m credebāt: ideo illa iustificatio qua per fidē passionis xpi iustificabāt. nō se extēdebat nisi ad remouēdū personale impedimētū. non aūt ad remouēdū impedimētū nature. z ꝓpter hoc ipsi quidem a pctō mūdabant: sz paradisi ianuā nō intrabāt: qz nondum erat amotū impedimētū nature. ¶ Ad tertiū dicenduz qd passio xpi quātū ad sufficientiā pōt delere pctā etiā anteqz fiant: sz efficiētia deletiōis nō est nisi postqz aliqs a peccato cōmisso auertit: sicut medicina sufficiēs ad sanandū paratur interdū anteqz aliquis infirmet: sz nō sanat per ipsaz actu nisi postqz infirm⁹ fuerit. ¶ Ad quartum dicendū qd baptism⁹ penitētia z alia sacramēta exigūt ad deletionem pctōz: sicut instrumētaliter agētia deletionem culpe. vnde agūt in vtute passionis dīnice: z ipsam passionis virtutez in nos quodāmō transfundūt. ¶ Ad quintū dicendū qd quātuis ille qui occidebat esset de⁹. nō tñ cognoscebant occisores ipsum esse deū: qz si cognouissent nūqz dīm glorie crucifixissent. j. Chorin. ij. vnde eoz pctm ex ignorātia minuit ꝯquis nō ex toto excusat. Et etiā ꝯquis habeāt equalitatē eoz peccatū z meritū xpi fm qd. s. quātū ad obiectū act⁹: qz vitā corporalē quā xps charitatiue dedit illi nequē extinxerūt: nō tñ habēt equalitatē quātū ad motum: qz multo maior fuit charitas ex pte xpi aīam ponētis quā nequitiā ex pte illoz qui illam animā nequiter extorserunt. z iterum bonuz est efficacius ꝯ malum quod non nisi virtute boni agit vt dicit Dionysius. iiij. ca. de diui. nomi.

quia fides est substantia sperandarum rerum Hebre.xj.ergo habē fidē explicite de aliquib⁹ est de necessitate salutis. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ quilibet teneat habē fidez explicitā de oīb⁹ q̄ ad fidē ptinēt.oēs enī articuli fidei eq̄liter ad fidē ptinēt.si ergo de aliquib⁹ oportet habē cognitionē explicitā pari rōne de oībus. ¶ Sm id q̄ō in vlī scit nō distinguit vn⁹ bō ab alio:q̄ cognitio vniuersaliū p̄ncipioꝝ oīb⁹ boīb⁹ est innata.sz habē fidē implicite de aliquo articulo est habē fidē in vlī in illo articulo g̃ p̄ b⁹ q̄ hz fidē tñ implicitā de aliquo articulo non differt q̄tū ad illū articulū a nō credēte.g̃ oportet habē fidē explicitā de oīb⁹ articul'. ¶ Sicut p̄ cepta legis vitant pctā mortalia:ita per articulos fidei vitant errores heresū.sz alīq̄s ita tenet seruare p̄cepta legis vt oīa pctā vitet:g̃ ita tenet cognoscē articulos fidei vt oēs errores hereses vitet.sz b⁹ nō p̄t facē nisi q̄ hz fidē explicitā de oībus articul':q̄ q̄ scit aliq̄d implicite ꝛ in vlī p̄t errare in pticulari:ergo habē fidē explicitā de oīb⁹ articul' est de necessitate salutis. ¶ Sed ctra.explicita cognitio de articul' fidei nō habet nisi p studiū.sz studē nō est de necessitate salutis: ergo explicita cognitiōe de oīb⁹ articul' fidei nō est de necessitate salut'. ¶ Sm b⁹ pauci eēnt q̄ haberēt fidē cū vix iueniant aliq̄s q̄ possit explicare articulos q̄tū ad oīa q̄ in articulis iplicite ctinent. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ maiozes nō magis teneant q̄ minozes: q̄ boīes simplices examinant de difficilib⁹ articul' ꝛ dānant hētici si male rñdeant.b⁹ aūt nō eēt nisi illos scire tenerent:g̃ minozes nō min⁹ tenent scire q̄ maiozes. ¶ Sn null⁹ tenet ad plura q̄ ali⁹ nisi inq̄ntū ad illa se obligauit.sz maiozes non obligauerūt se ad articulos faciēdos explicite vt videt:g̃ nō magis tenent q̄ minozes. ¶ Sz vident maiozes illi q̄ magis sciūt.si ergo ad plura credēda obligarent videt q̄ ex sua scia incōmodū reportarēt. ¶ Sz 3.maiozes debēt docē fidē minozib⁹.sz qui docet oz plenius scire: ergo tenent magis explicite scire q̄ minozes. ¶ Sn ei cui plus est cōmissum plus exiget ab eo.sz maiozib⁹ plus cōmissum est q̄ minozib⁹: ergo plus ab eis exiget de fidei cognitiōe. ¶ Ulteri⁹ videt q̄ minozes nō hēant fidē implicitā in fide maioꝝ.sicut enī est fides implicita ꝛ explicita:ita ꝛ scia.sz sciaz hz q̄s implicitā nō in aliquo sciēte sz in vlī rei scibilis: ergo nec fidē hz vn⁹ implicitā in fide alteri⁹. ¶ Sn illud in quo iplicat cognitio alicui⁹ hītis cognitiōez iplicitā est regula siue cognitiōis.sz regula nr̄e fidei nō ē cognitio hūana q̄ p̄t decipi: sz cognitio diuina q̄ falli nō p̄t ergo videt q̄ hō nō debeat habē fidē iplicitā in fide alteri⁹ boīs: sz in cognitiōe dei. ¶ Sn null⁹ peccat si se ꝺformet sue regule.sz maiozes sunt p̄lati vel etiā doctozes: si ergo simplices debēt habē iplicitā fidē in fide maioꝝ nō peccaret aliq̄s simplex dicens aliq̄d ꝺ fidē si ab aliquo magistro vel p̄lato p̄dicaret:q̄ falsum videt. ¶ Sn illud in quo iplicat cognitio alicui⁹ oportet eē notū: sicut q̄ hz sciaz alicui⁹ pticularis iplicitā in vlīb⁹ p̄ncipiis oportet q̄ illa p̄ncipia cognoscat:g̃ hō nō oz habē iplicitā fidē in cognitiōe alteri⁹ boīs. ¶ Sz 3.oīs addiscēs hz fidē iplicitā in cognitione docētis:q̄ sm ph̄m oportet credē addiscentē.sz maiozes positi sunt ad docēdū fidē minozib⁹: ergo minozes debēt habē fidē iplicitā in cognitiōe maioꝝ. ¶ Sn b⁹ pz p auctozitatē inductā in lr̄a. ¶ Rō dicēdū ad p̄mā q̄stionē q̄ ad salutē aliq̄s ꝺupliciter pueni.t.quidē enī nō pueniūt merito p̄pzio sz merito alieno sīc pueri ꝛ stulti baptisati q̄b⁹ suffragat meritū xp̄i cui⁹ fcī sunt pticipes in p̄ceptiōe sacr̄i:q̄ meritū p̄p̄riū habē nō p̄nt cū nō hēant vsū li.ar.q̄ō exigit ad meritū. Quicūq̄ aūt vsū li.ar.hūt tenent ad merita xp̄i ꝛ meritū p̄p̄riū addē.meritū aūt ꝺsistit in actu virtutū:vñ ad salutē ipsoꝝ oportet q̄ sit et actus ꝛ habit⁹ virtutū. Act⁹ āt oīuz virtutū dependet ab actu fidei q̄ intensionē dirigit.vñ in oī q̄ hz li.ar.exigit ad salutē ei⁹ q̄ hēat actū fidei ꝛ nō solū habitū. Fides āt nō p̄t exire in actū nisi aliq̄d determinate ꝛ explicite cognoscēdo q̄ō ad fidē pertineat. Et iō oī ei q̄ hz vsum li.ar.habē fidē explicitā q̄tū ad aliq̄d est de necessitate salutis. ¶ Ad p̄mū g̃ dicēdū q̄ in his que sunt necessaria ad salutem nunq̄ deus homini querēti suā salutē deest vel defuit nisi ex culpa sua remaneat.vñ explicatio eoꝝ q̄ sunt de necessitate salutis vel diuinitus hoī p̄uidet p p̄dicatorē fidei.sīc p̄z de Cornelio act.x vel p reuelationē q̄ suppositā in p̄tāte li.ar.est vt in actū fidei exeat. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ si kal' facēt q̄ō in se est de q̄rēdo salutē de⁹ illi aliquo dictoꝝ modoꝝ p̄uidet de salute sua. ¶ Ad tertiū p̄z solutio p ea q̄ dicta sunt. ¶ Ad q̄rtū dicendū q̄ ea q̄ supza rationē ad fidē pertinētia nō ꝓponunt boīb⁹ simplicib⁹ ita q̄ res ipsa discutiat:sz in vboꝝ enigmate quib⁹ assentiāt.ꝛ iō oī eē fides vboꝝ:vt supza di.p̄cedēti dictū est. ¶ Ad secūdā q̄nē dicendū q̄ actus fidei ad b⁹ est necessari⁹ ad salutē q̄ intētionē dirigit in oīb⁹ actib⁹ aliarū virtutū. Et iō tantū oportet habē vnicuiq̄ de fide explicita quantū sufficit ad dirigēdū ip̄m in finē vltimū. vñ nō est de necessitate salutis vt hō oēs articulos fidei explicite cognoscat:q̄ sine aliquoꝝ explicatiōe p̄t hō habē rectā intentionē in finē. Et p b⁹ pz rñsio ad p̄mū: q̄ nō est eadē rō de oīb⁹ articulis. ¶ Ad secundū dicendū q̄ p̄ncipia vlia in quib⁹ implicat cognitio pticulariū cōclusionū sunt boī nota p lumē nāle. Et iō q̄tū ad iplicitā cognitionē scie nō distinguitur vn⁹ hō ab altero.sed lumē fidei sm q̄ō habet cognitio iplicita est lumē infusū q̄ō vni infundit ꝛ alij nō. Et iō non est simil' rō. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ ad p̄cepta negatiua tenemur semp ꝛ ad semp: ꝛ p b⁹ vitant sufficiēter pctā trāsgressionis.sz ad p̄cepta affirmatiua tenet hō semp sz nō ad semper:sed loco ꝛ tpe determinato.p̄cepta aūt affirmatiua sunt de actib⁹ virtutū:ergo ad actū virtut' semp exercēdū hō nō tenet nec q̄tū ad oēs modos quib⁹ p̄t ille actus exerceri. sz sufficit q̄ hō tpe debito operet:ꝛ iō etiā nō oportet q̄ hēat explicitā cognitionē de oīb⁹ articul' fidei.sz de aliquibus q̄ sunt necessarij sm tps illud.ꝛ p b⁹ sufficiēter vitantur oēs errores ꝛ dubitatiōes:q̄ sicut habit⁹ tēperātie inclinat ad resistēdū luxurie:ita habit⁹ fidei inclinat ad resistēdū oībus q̄ sunt ꝺ fidez.vñ in tpe qñ emergit necessitas explicite cognoscēdi vel ꝓpter doctrinā ꝺziā q̄ imminet:vel ꝓpter motū dubiū q̄ insurgit tūc hō fideī ex inclinatiōe fidei nō ꝺsentit his q̄ sunt ꝺ fidē:sz differt a sensu quousq̄ pleni⁹ instruatur. ¶ Ad tertiā questionē dicēdū q̄ explicare articulos fidei ꝺtingit dupliciter. Uno mō q̄tū ad ipsoꝝ articuloꝝ substātiam sm q̄ hō ipsos articulos distincte scit. Alio mō q̄tū ad ea q̄ in articul' ꝺtinēt iplicite:q̄ō q̄dē ꝺtingit dū hō scit ea q̄ ex articul' ꝺsequunt' : ꝛ vim vitatis ipsoꝝ articuloꝝ p quā p̄nt defendi ab oī impugnatiōe. Ad p̄mā q̄dē explicationē totalē tenent oēs q̄ hūt officiū docēdi fidē siue ex gradu dignitat sicut sacerdotes:siue ex reuelatiōe sicut ꝓphē: siue ex ministerio sicut doctozes ꝛ p̄dicatozes.nō aūt alij quib⁹ nō incūbit officiū docēdi fidē: q̄ cū ipsi nō habeant nisi seipsos regulare sufficit eis illos articulos cognoscē p quos possint ꝓp̄riā intētionē dirigē in finē vltimū. Ad secūdā aūt explicationē articuloꝝ nō tenet aliq̄s totaliē vt sciat oīa explicare q̄ in articul' de salute ꝺtinent: q̄ b⁹ nō p̄t esse nisi in patria vbi ipsa articuloꝝ vitas plene videbit:sz vnusquisq̄ cui incūbit officiū instruēdi alios de fide q̄ dicunt maiozes tenent tantū scire de ista explicatiōe quantū pertinet ad suū officiū. Sz ad hāc explicationē minozes quibus officiū docēdi nō incūbit nō tenent. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ nō ꝺdēnant simplices p hēticis:q̄ nesciunt articulos:sz q̄ ptinacie defendūt ea q̄ sunt ꝺzia articul': q̄ō nō facerent nisi p heresim fidē corruptā haberēt. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ ex hocipso q̄ aliq̄s docēdi officiū assumit obligat ad sciēdū ea q̄ docē oz. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ maiozes non dicunt q̄ magis sciūt:sed quib⁹ incūbit officiū docēdi fidē q̄ q̄ñq̄ pctis exigētib⁹ min⁹ sciūt: quib⁹ dicit Ose.v. Quia sciaz repulisti repellāte ꝛ ego ne sacerdotio fungaris mihi. Nec tñ ex scia q̄ ab eis exigit aliq̄ō incōmodū reportāt: q̄ habē sciētiā eis est honorificū. ¶ Ad q̄rtā q̄nē dicēdū q̄ illi quib⁹ incūbit officiū docēdi fidē sunt medij inter deū ꝛ

homines. vnde respectu dei sunt homines: z respectu hominū sunt diij inq̃ntū diuine cognitiōis participes sunt p scīaz scripturarū: vel p reuelationē: vt dr̄ Jo. x. Illos dixit deos ad quos sermo dei fact⁹ est. z ideo oportet q̄ minores q̄ ab eis de fide doceri debēt habeāt fidem implicitā in fide illorū: nō inquantū hoīes sunt: sz inq̃ntū sunt participatiōe diij. ¶ Ad primū g̃ dicendū q̄ determinatio cognitio p̄ncipiorū demōstratiōis ex sensu acq̃rit. vñ ad eor determinatiōez doctrina nō indigem⁹. z in his p̄ncipijs hō bz a p̄ncipio inplicitā sciētiā omniū q̄ sequūt bz nihilomin⁹ sciētiā implicitā in cognitione alteri⁹ sciētis inq̃ntū oportet eū p doctrinā scīaz accipe: q̄ oportet addiscentē credere. z iō nō est sīle de scīa z fide: q̄ nō sunt nobis innata alīq̄ p̄ncipia nālia ad q̄ nō reduci articuli fidei. sed tota determinatio fidei est in nobis p doctrinā: z iō oportet in cognitiōe hoīs habē fidez implicitā. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ sicut in mouētib⁹ inuenitur primū mouēs quod est mouēs nō motū: z sm mouens quod est mouēs z motū: post quod ē id quod est motū tm̄: ita etiā est in regulātib⁹ q̄ ē aliq̄d q̄ō ē regulās z nullo mō regulatū. z hec est ratio p̄me regule z tale est de⁹. Est z regulans regulatū: z talis regula humane fidei est hō diuin⁹: sic etiā ph̄s dicit in. iij. ethic. virtuosus est mensura omniū humanor actuū. Regulatū aūt tantū sunt ipsi minores. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ sicut hō debet obedire inferiori potestati in his tm̄ in quib⁹ nō repugnat potestas supior: ita etiā debet hō se p̄me regule in oīb⁹ cōmensurare sm suū modū. Sed cūde aūt regule debet se hō cōmensurare in his in quib⁹ nō discordat a p̄ma regula: q̄ in his in quib⁹ discordat iam nō est regula. Et ppter hoc p̄lato ecclie nō tenet determinatiōi alterius ecclie. Et ideo Augustinus dicit in epistola ad Hieronymum: q̄ in his que nō sunt de necessitate salutis: nō debet dari occasio dissensionis. Et ideo si aliquis sanctus vel doctor nō tenet ea que determinata sunt a tota ecclia: nō propter hoc est hereticus. Et ppter hoc p̄lato ecclie nō debet imponere nouos articulos fidei: sed determinare ea que sunt fidei: ne fides videat esse humana. Et ideo dicit Dionysius in epistola ad Demophilum: Tu autem o amice hec sacra scripta transcendere ne studeas: nec nos ea que dicta sunt ab eis: que nō dicta sunt: audeamus dicere. Et Apostolus dicit Gal. i. Si nos aut angelus de celo evangelizet vobis p̄ter quod evangelizauimus vobis anathema sit. ¶ Ad quartū dicendū q̄ sicut dicit Augustinus in epistola ad Hieronymum: Ego hoc tantū honorem debeo solis illis scriptorib⁹ qui iam canonici appellant: vt nullum eorum in scribendo aliquid errasse firmissime credam. Alios autē sic lego: vt quātalibet sanctitate doctrina q̄ polleant: nō ideo verum putem: quia ipsi ita senserunt: sed quia vel per illos auctores canonicos: vel per probabilē rationē: aliquid accepi quod a vero nō abhorreat. Et hoc modo Augustinus legit libros aliorum doctorum. Et ideo si in libris aliorum doctorum inueniatur aliquid quod sit contra fidē: vel contra bonos mores: manifestum est quod non est intelligendum sicut sonat. Et si intelligi possit sicut sonat: vel sicut exponitur a doctore: vel sicut ipse videtur sentire: manifestum est quod non est ei credendum. Et si sit liber alicuius doctoris: vel sermo

dupliciter attenditur. s. fm obiecta: z fm efficaciã actus circa obiectũ. Quia autẽ habitus specificatur ex obiecto: ideo prima quantitas est habitui essentialis. z fm hanc attenditᵉ magnitudo fidei que est fm articulorᵉ quãtitatẽ. z ideo fm hanc quantitatẽ fides non crescit nec deficit: cum semp eadem maneat. Efficacia autẽ in agẽdo est ex conditione agentis. z ideo q̃tũ ad alias res magnitudines potest fides proficere ipsa manente eadem fm diuersas hominũ conditiones. In actu autẽ fidei tria inueniunᵗ fm que potest efficacie quãtitas fidei attendi. duo fm naturã proprium. s. cogitare. z fm hoc dicitᵉ fides magna cognitione. z assentire: z fm hoc dicitᵉ fides magna constantia: quia assensus certitudinẽ z determinationẽ importat: vt supra di. xxiij. dictũ est. Tertiũ aũt est in actu fidei fm q̃ informatᵉ charitate: z fm hoc dicitur fides magna deuotione. Sed quia certitudo fidei est ex volũtate determinãte intellectũ ad vnũ: z similiter formatio ex charitate que est in volũtate. volũtas autez est dña sui actus etiã fm quodcũq; tempus: ideo per se loquendo magnitudinis fidei que est fm constantiã z deuotionẽ attenditur profectus fm promptitudinẽ voluntatis que est ex gratia non ex successione temporũ nisi per accidens inq̃ntũ in aliquo tempore sit plenior influentia gratie q̃z in alio q̃tũ ad cõmunez statũ q̃uis non q̃tũ ad omnes personas. Sed cogitare ad intellectũ pertinet cuiᵒ virtutes experimẽto indigent z tempore: vt dicitᵉ. ij. ethi. z ideo quantitas fidei que est fm cognitionẽ articulorũ per se loquẽdo crescit fm diuersitatẽ temporis. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ q̃ charitas in volũtate est. Ea autẽ que ad volũtatẽ pertinẽt non indigent experimẽto z tẽpore sicut ea que sunt in intellectu in quo est fides nisi quatenᵒ oportet q̃ per exercitiũ acquiratur habitus: quod de charitate non est. Et ideo profectus charitatis proprie loquendo non attenditur fm diuersa tẽpora nisi per accidens inquantũ tempore redemptionis plenior infunditur gratia q̃tũ ad cõmunẽ statũ: non autẽ q̃tũ ad omnes singulares personas. ¶ Ad secũdũ dicẽdũ q̃ hoc q̃ scientie profecerũt per successionẽ temporũ non tũ est ex imperfectione inuentorũ: sed etiam ex impotentia addiscẽtium qui a principio totũ capere non possunt. z ita in his q̃ fidei sunt accidit q̃ oportuit paulatim humanũ intellectum assuefieri ad ea que fidei sunt. propter quod dñs discipulis dixit Multa habeo vobis dicere sed non potestis portare mõ Jo. xvi. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ illi qui imediate a deo fidei cognitionẽ receperũt q̃tũ ad ea que eis non explicabantur nõ habebant fidem implicitã in fide alterius hominis: sed in cognitione ipsius dei cui reponebãt id quod de secretis diuine sapientie eis fuerat reuelatũ. ¶ Ad quartũ dicẽdũ q̃ articulus dicitᵉ indiuisibilis veritas q̃tũ ad id quod actu explicatur in articulo: sed est diuisibilis q̃tũ ad ea que potentia continentᵉ in articulo fm q̃ q̃ dicit vnũ quodãmõ dicit multa. z hec sunt ea que precedunt ad articulũ: z consequunᵗ ad ipsum: z q̃tũ ad hoc potest explicari z diuidi articulus fidei. ¶ Ad quintũ dicẽdũ q̃ aliquid quod in articulo continetur explicari potest dupliciter. Uno modo fm q̃ vnus articulus continetᵉ q̃q; in alio: vel duo in vno cõi: sicut resurrectio mortuorᵉ ꝺtinetᵉ quodãmõ in resurrectiõe xpi. z passio z incarnatio in hoc cõi qõ est misteriũ redemptionis. z sic fides implicita explicatᵉ in articulᵒ fidei determinatis. z hec explicatio cõpleta est p xpm: vnde eiᵒ doctrine q̃tũ ad essentialia fidei: nec addere: nec diminuere licet vt dicitᵉ Apoc. vlti. sz ante xpi aduentũ nõ erat cõpleta: vnde etiam q̃tũ ad maiores crescebat fm diuersa tempora. Alio modo id quod in articulo continetᵉ non est articulus sz aliquid concomitans articulũ. z q̃tũ ad hoc põt fides quotidie explicari: z p studiũ scõrᵉ magis z magis explicita fuit. ¶ Ad secũdã qõnẽ dicẽdũ q̃ ad fidẽ redẽptoris tripliciter se habet humanũ genus fm diuersa tpa. In primo enĩ statu ante pctũ nõ oportebat ab aliquo hoĩe haberi fidẽ explicitã de redemptore: qz nondũ seruitᵒ erat inducta. sz sufficiebat haberi fidẽ implicitã in cognitiõe dei: vt. s. hõ crederet q̃ deus ei ꝓuideret in eis que eẽnt necessaria ad salutẽ. In secũdo aũt statu post pctũ ante aduentũ xpi q̃dã habebãt fidẽ explicitã de redẽptore quibᵒ reuelatio facta erat q̃ maiores dicebantᵉ. Quidã aũt vt minores fidem implicitã habebant in fide maiorũ: vnde z eis sacrm redẽptiõis sub signis sacrificiorũ ꝓponebatᵉ. In tertio autẽ statu post aduentũ xpi: qz iam misteriũ redẽptionis impletũ est z corporaliter z visibiliter z p̃dicatũ oẽs tenentᵉ ad explicite credendũ: Etiã aliq̃s instructorẽ nõ haberet deᵒ ei reuelaret nisi ex sua culpa remaneret. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ q̃ angeli primitus misteriũ incarnatiõis sunt edocti q̃z hoĩes vt dicit Dio. iiij. ca. ce. ierar. q̃tũ ad ipsã substantiã eiᵒ: qõ credẽdũ est q̃tuis nõ q̃tũ ad oẽs circũstantias articulorᵉ quas postea rebᵒ euenientibᵒ cognouerũt. Et de hoc plenᵒ dictũ est in. ij. li. di. xj ¶ Ad secundũ dicẽdũ q̃ auctoritates inducte in littera loquunᵗ post peccatũ siue ante legẽ siue post. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ q̃uis alijs gentibᵒ nõ esset data lex diuinitus cõmuniter oĩbᵒ sicut iudeis ex quibᵒ nascitur erat xps: z sic oportebat in eis potius fidẽ vigere: tũ multis etiã gẽtilibᵒ reuelationes p angelos facte sunt etiam de xpo: sicut patet de sibilla que de xpo exp̃sse prophetauit. In historiis romanis etiam legitᵉ q̃ tempore cõstantini impatoris inuentũ fuit in grecia quoddã corpus in sepulchro quodam habens lamiñã auream supra pectus in qua scriptũ erat Xps nascetᵉ ex virgine z credo in eũ o sol sub helene z constantini tẽporibus iterũ me videbis. Illi etiã quibᵒ spũalis reuelatio facta non fuerat saluari poterũt: etiã si nihil de lege moysi audissent neq; aliquid dea scirẽt: quia lex illa nõ erat omnibᵒ data sed tm̃ iudeis: vnde alij non peccabant si legis obseruãtias nõ seruarẽt. Secus aũt est de lege xpi que omnibᵒ promulgata est. Saluabantᵉ tm̃ fide implicita redẽptoris implicando fidem suam in cognitione dei vel eorũ qui a deo docti erant indeterminate quicũq; illi essent: sicut maiores iudeorũ q̃tũ ad ea que eis nondũ fuerãt reuelata: oũ tm̃ cõtrarium pertinaciter nõ tenerẽt cõtra predicantẽ fidem. ¶ Ad quartũ dicẽdũ q̃ q̃uis ad cognitionẽ redemptoris nõ sufficeret natura per se: sufficiebat tm̃ cum lege scripta tpe legis: Ante legẽ vo adiuta p gratiã. ¶ Ad tertiã qõnẽ dicendũ q̃ fides explicita ad hoc necessaria est q̃ in finẽ vltimũ intentionẽ dirigat. Et qz per peccatũ homo ab illo fine abductus fuerat: nõ poterat reduci nisi p mediatorẽ dei z hominũ dominũ ieſum xp̃m. ideo post peccatũ oportuit haberi cognitionẽ explicitã de redemptore: z precipue q̃tũ ad ea quibᵒ nos in finez reduxit victo hoste quo captiui detinebamur. Ad hoc aũt q̃ nos in finẽ reduceret quattuor requirebanᵗ. Primũ ẽ q̃ propugnator noster instrueretᵉ: qõ factũ est in nativitate. Secũdũ est q̃ ꝓpugnaret: quod factũ est in passione. Tertiũ est q̃ vinceret: quod factũ est in resurrectione q̃ eternitatis aditũ devicta morte reseravit. Quarto q̃ via rectorie sue omnes suos participes faceret. z hoc erit in iudicio q̃ bonis bona: z malis mala reddet. Et iõ ista precipue requirebanᵗ vt de redẽptore explicite scirentᵉ. Tm̃ possibile est q̃ fm diuersa tempora horᵒ distinctio z explicatio ante xpi aduentum creuit: vt q̃nto aduẽtui saluatoris viciniores existerẽt tãto sacra salutis plenᵒ ꝓceperint: vt dicit Gregᵒ. Et fm hᵒtraq; opinio in lra posita põt habẽ vitatẽ. prima q̃tũ ad ꝓpinquos. secũda q̃tũ ad remotos. ¶ Ad primũ g̃ dicẽdus q̃ ioannes baptista hos articulos plenissime sciuit: vñ de his nõ dubitauit. potuit aũt dubitare fine p̃iudicio salutis de alio articulo passiõis iplicite tũc tpis. s. de descẽsu ad inferos nõ ptinacitᵉ: qõ pz qz doceri q̃rebat. Uel dicẽdũ vt alij dicũt q̃ ipse nõ dubitauit: sz q̃si dubitasse visus ẽ inq̃ntũ q̃situit nõ ꝓpter se sz ꝓpter suos discipulos instruendos. vel fuit dubitatio non ignorãtie sz ãmirationis z pietatis. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ articulus cõceptionis implicite ꝺtinebatᵉ in articulo natiuitatis: inquãtũ est via ad nativitatẽ. Articulus aũt de descẽsu ad inferos in articulo de pas-

sione. Articulus aũt de ascensione in articulo de resurrectione: quia ibi terminat victoria resurgẽtis. Unde patz respõsio ad tertiũ z quartũ. ¶ Ad quintũ dicendũz q̃ in iudicio xp̃us nihil nobis merebit: sed id quod pr̃i meruit reddet. ¶ Ad quartã q̃stionẽ dicẽdũ q̃ per missiões dinarũ psonarum in nos. homo in finẽ vltimũ ducit nõ solũ post peccatũ: sed etiaz ante peccatũ. z ideo explicita cognitio de trinitate fuit necessaria nõ solũ post pctũ: sz etiã añ pctũ. Nõ tñ eodẽ mõ ante aduentũ xp̃i z post: quia ante aduentũ soli maiores de hoc fidẽ explicitaz habuerunt. post incarnationem vero omnes fidẽ explicitam de trib⁹ personis habere tenent sicut z de mysterio incarnationis q̃ cognosci non potest nisi cognoscatur personarũ distinctio. Et quia sacramenta salutis cũ inuocatiõe trinitatis cõferunt. ¶ Ad pr̃imũ ergo dicẽdũ q̃ apostolus posuit illa que oportuit credi explicite a quolibet hoĩe in quocunq̃ statu hoc nõ fuit cognitio trinitatis. ¶ Ad secundũ dicẽdũ q̃ ad dirigendũ in finẽ nõ solũ oportz cognoscere finẽ: sed etiã ea sine q̃bus in finẽ iri nõ potest. z ideo oportuit habere cognitionẽ explicitã de fide trinitatis: quia sine earuz missione in finem beatitudinis veniri nõ potest. ¶ Ad tertium dicẽdũ q̃ nõ erat necessariũ vt explicite oẽs cognoscerẽt. ideo nõ fuit positũ mysteriũ trinitatis manifestate in vete. tes. sed velate. vt sapientes capere possent. Sicut in ecclesia aliqui sunt minus capaces. Cõtra modo nõ sufficit ad salutẽ vt etiã explicite mysteriũ incarnatiõis credat. Dicenduz q̃ est similitudo non quãtũ ad omnia: sed quãtũ ad quedã de articulis: quia nesciunt eos distinguere q̃uis explicite cognoscãt illud qõ in articulis cõtinetur. Tenent aũt explicite illos articulos scire de quibus ecclesia solẽnisat z facit continuam mentionẽ sicut de trinitate. Credunt hoc qõ ignorant. Hoc est contra illud quod superi⁹ dictum est q̃ fides non est de ignotis. dicendũ q̃ sicut implicite credit: ita z implicite cognoscit. dicitur autẽ ignorari quod nescit explicite. Solet etiam queri de fide cornelij. Sciendũ q̃ Cornelius habebat fidẽ explicitam de mysterio incarnationis q̃uis suffecisset ei ad salutẽ etiã si de hoc fidẽ implicitã habuisset: sz nõ habebat fidem distinctã de tẽpore incarnationis. z ideo quia hoc iam incipiebat esse necessariũ ad salutẽ: missus fuit petrus ad eũ instruẽdũ. Illud etiã nõ est ptermittẽdũ. de hac equalitate habituũ z opatiõe dicet infra dis. xxxvi. Tamẽ sciẽdũ q̃ operatiões. hic videt noiare operatiões virtutes regulãtes in ope exteriori: sicut sũt virtutes cardinales: que etiã habẽt act⁹ interiores scõm quos oportz istã equalitatẽ attẽdi: vel si loquit de operib⁹ exteriorib⁹: attẽdẽda ẽ equalitas q̃tũ ad cõfirmationẽ operis magis q̃z fm quãtitatem act⁹: quia interdũ aliq̃s ex maiori charitate facit opa ex suo genere minora: q̃z ali⁹ maiora. Nõ autem post fidẽ. Cõtra Matth. j. Abrahã genuit Isaac. Isaac Jacob. i. fides spem spes charitatẽ. dicendũ q̃ intelligit q̃tũ ad act⁹ nõ q̃tũ ad habitus. Non q̃ fides z spes eã. Cõtra aliquis habet fidez qui nõ habet charitatẽ sic q̃ ficte accedit ad baptismũ: fidez tãtũ habẽs dicendum q̃ loq̃t de fide z spe fm q̃ est virtus.

## DISTINCTIO .XXVI.

De spe quid sit.

Est aũt spes virt⁹ qua spũalia z eterna bona sperant. i. cũ fiducia expectãt. Est eni spes certa expectatio future beatitudinis veniẽs ex dei gratia z ex p̃cedẽtib⁹ meritis: vl ipsaz spem quã natura p̃cit charitas: vel speratã rem. i. beatitudinẽ eternã. Sine meritis. n. aliquid sperare non spes: sed p̃sumptio dici potest.

De quibus sit spes.

Et sicut fides ita z spes est de inuisibilib⁹ vnde Aug⁹. Fidẽ appellamus earũ rerũ q̃ nõ videt. De spe quoq̃z dicit. Spes que videt nõ ẽ spes. Qõ eni videt q̃s quid sperat. Qõ attinet ad nõ videre: vel q̃ credũt: vel que sperant fidei speiq̃z cõe ẽ. Distinguit tñ fides a spe: sicut vocabulo: ita rõnabili differẽtia. Est eni fides malaz rez z bonaz: q: z bona creditz z malaz hoc fide bona nõ mala. Est etiã fides: z ptaz rez z p̃sentiũz futurarũ. Credim⁹ eni morte xp̃i q̃ iã pterijt: credimus sessionẽ que nũc est. Credim⁹ venturuz ad iudicãdũ: qõ futurũ est. Itẽ fides z suaz rerũ ẽ z alienarũ. Nã se quisq̃z credit esse cepisse: nec fuisse vti q̃z sempiternũ. Et alia atq̃z alia non modo de alijs hoib⁹ multa que ad religionẽ pertinẽt: verũ etiam de angelis credim⁹. Spes aũt nõ nisi bonarũ rerũ est: nec nisi futurarũ rerũ z ad deũ pertinentiũ: qui earum speciem gerere perhibetur.

¶ Redit ad p̃missam questionẽ: an scilicet fides z spes in christo fuerint.

Post hoc superest inuestigare vtrũ fides et spes in xp̃o fuerint. vnde tractat⁹ ille sum p̃sit exordiũ. Quibusdã nõ indocte videt fidẽ virtutẽ z spem in eo nõ fuisse: sicut in sanctis iam beatificatis vl in angelis non sunt: z tñ sancti credunt z sperãt resurrectionẽ futurã. z angeli eãdem credũt: nec tamẽ in eis fides vel spes virt⁹ est quia z deo per spẽm cõtemplando fruunt: z in dei verbo resurrectionẽ futuram siue iudiciũ non per speculũ z in enigmate: sz p̃clarissime inspiciũt. Si .n. q: credũt resurrectionẽ futurã. iõvez ẽ eos fidẽ hãe: ergo ea p̃sũmata post iudiciũ similiter z fidẽ hãe dicẽt: q: credẽt eã pteritã: Sz sicut tunc credẽt: nec tñ fidẽ q̃ fideles facit habebũt: q: non credẽt absq̃z scia: q̃ nõ erit enigmatica: sz per spẽm: ita z mõ credũt z sperãt resurrectionẽ: nec tñ fidẽ hñt: q: credẽdo cognoscũt. venit. n. eis qõ pfectũ ẽ z euacuatũ ẽ qõ ex pte est. venit eni cognitio z euacuata ẽ fides. venit spes z defuit spes: ita z xp̃s in q̃ fuerũt bona p̃ie: credidit q̃dẽ z sperauit resurrectionem tertia die futurã p q̃ z patrẽ orauit: nec tñ fidẽ vtutẽ vel spez habuit: q: nõ enigmaticã z specularẽ: sz clarissimã de ea cognitõez habuit q: nõ pfecti⁹ eã cognouit pteritã q̃z intellexit futurã. Sperauit tñ xp̃s sicut in psal. ait. In te do. spe. nec tñ fidẽ vl spem vtutez habuit: q: p spẽm videbat ea q̃ credebat. De antiq̃s vo patrib⁹: q: apud inferos vsq̃z ad passionẽ tenebãt nõ incõgrue dici põt q̃ fidẽ z spem vtutẽ habuerint: q: credebãt z sperabãt se visuros deũ per speciẽ q̃liter eũ tũc nõ videbãt: q: eis nõ patuit cognitio dei p speciẽ ante passionẽ xp̃i: qua cõsũmata a fide transierunt ad speciem.

¶ Postq̃z magister determinauit de fide: hic scõo de determinat de spe. Et diuidit in duas ptes. In p̃ma determinat de spe. in scõa oñdit in q̃b⁹ spes inueniẽt ibi: Post h̃ superest inuest. Circa p̃mũz duo facit. p̃mo determinat de spe fm se. In scõa de spe p cõparationẽ ad fidẽ ibi: Et sic fides. Et circa h̃ d. fa. p̃mo ostẽdit conuenientiã inter fidẽ z spem. scõo dif-

ferētiā ibi distinguit tm̄ ¶ Post hoc supest: ¶ Dic oēdit quoz fit habere fidē. z circa hoc d. fa. ꝑmo inqrit vtz in xp̄o fuerit fides. scōo vtz in antiqs patrib⁹ libro existētib⁹ ibi: Antiqs vero patrib⁹. ¶ Dic q̄rit duo. ꝑmo de spe fm q ē passio. scōo de ipsa fm q est virtus. ¶ Questio prima.

Circa ꝑmū q̄rit q̄nqz. ꝑmo vtz spes sit passio ī quo sit. tertio de differētia ei⁹ ad alias passiōes. quarto vtrū sit vna de quatuor passionib⁹ principalibus. quinto vtrum possit esse in parte intellectiua.

Ad ꝑmū sic ꝓcedit. videt q spes non sit passio. spes enī est expectatio: sz expectatio dic̄ īmobilitatē: cuz ergo oīs passio in motu cōsistat. videt q spes nō sit passio. ¶ Ꝑ oppositā sūt in eodē genere. sz ph̄s. vij. phi. dicit spem ꝺtra memoriā diuidēs actiōes vtriusq; ab inuicē: cū ergo memoria nō sit passio: nec spes passio erit. ¶ Ꝑ expectare a spectādo dr̄. spectare aūt est videre: cū ergo videre nō sit passio aīalis fm q ꝓprie loq̄mur de passionib⁹ aīe in parte videt q spes que est expectatio nō sit passio. ¶ Ꝑ passio aīe in pte sensitiua est vt dicit ph̄s in. vij. phi. sz spes cū sit de futuro bono nō pōt esse in pte sensitiua: q; sensus ē ꝓsentiū tātū: ergo spes nō ē passio ¶ Ꝑ nihil patit nisi ex ꝓsentia agētis: sz spes nō est de ꝓsentib⁹: sz de futuris: ergo nō est passio. ¶ Sed cōtra spes cōtra timorē diuidit: sz timor est passio: ergo z spes. ¶ Ꝑ spes ad appetitiuā potentiā pertinet: q; habet bonū ꝓ obiecto: sz mot⁹ appetitiue ꝓtis dicit passio aīe: q; ad eū sequit delectatio z tristicia q̄ ꝓprie est passionū vt dr̄ in. ij. Ethi. ergo vt pri⁹. ¶ Ꝑ ꝓsens z ꝓteritū nō diuersificāt gen⁹: sz gaudiū q̄ de ꝓsenti bono est in genere passionis: ergo z spes que est de bono futuro. ¶ R⁹ dicendū q; sicut pri⁹ dis. xv. dictū ē. q̄uis oīs opatio potētiarū aīe q̄ per sua obiecta in actū reducūt sic intellect⁹ possibilis sensus z appetit⁹ possunt dici passiones: tm̄ ꝓprie loquēdo passio est in opatiōib⁹ appetit⁹ sensitiue ptis fm q; Damas. dic̄ li. ij. li. q; passio est mot⁹ appetitiue virtutis sensibilis q̄ est ex imaginatiōe boni vl mali. Spes aūt dicit extēsionē appetit⁹ in illud q̄ appetibile est. Inuenit autez nō solū in hoīb⁹: sz etiā in alijs aīalib⁹ q̄ patz: q; inueniūt aīalia opari ꝓpter aliq̄ bonū futurū estimāt possibile: sic aues faciūt nidū ꝓpter filioz educationē: nec ꝓpter finem aliq̄d facerēt nisi in finē illū quasi eis possibilē tenderēt: q; nāles appetit⁹ nō ē impossibiliū. Siliter etiā patz q; vnum aīal aggredit aliud nō nisi ex spe victorie patz ergo q; spes sit in appetitu sensitiue ptis q̄ nobis z brutis cōis est: z ita sequit q; sit passio. ¶ Ad ꝑmū ergo dicendū q; appetitiue partis duplex ē mot⁹. s. ꝓsecutio z fuga. obiectū aūt spei q̄ est bonū difficile z arduū rōne sue bonitatis natū ē mouere ad ꝓsecutionē: sz rōne sue difficultatis natuz est mouere ad fugā. hic tm̄ mot⁹ retardat per spem. z ideo spes imporat motū ꝑmū in quo saluat rō passionis tm̄ inquiete ꝓtiue fm motum q̄ est fuga. ¶ Ad secūdū dicēdū q; diuiditur spes cōtra memoriā nō q̄tū ad essentiā suā: sz quātū ad effectū q̄ est cōis memorie z spei. s. delectatio. vñ nō sequit q; in genere conueniāt. ¶ Ad tertiū dicēdū q; frequēter noīa imponūt reb⁹ occultis ex suis signis sic essentiales differentie ex accidētib⁹ noīant. Signū aūt alicui⁹ q̄escētis cū extēsione appetit⁹ in aliq̄d desideratū solet esse q; frequenter visum dirigit in illud vt videat: sz ex aliq̄ pte ad ipsuz accedat z iō dispositio ꝓdicta quietis cū motu dr̄ expectatio ¶ Ad q̄rtū dicēdū q; sicut aīalia cognoscūt rōnē cōueniētis z nociui nō per inq̄sitionē rōnis vt hō: sz per instinctū nature q̄ dicit estimatio: ita etiā cognoscūt aliq̄d q̄ futuruz est sine hoc q; cognoscāt rōnē futuri nō conferendo ꝓsens ad futurū: sed ex instinctu naturali fm q; agūt ad aliq̄d agendum vel ex impulsu nature interioris vl exterioris: sicut q̄ agūt ad aliquid ad ꝓdicamētū de futuris que dependent ex motu celi quasi ex eo impulsa. vnde ex eoz operib⁹ hoīes possunt aliq̄d scire de huiusmodi futuris: sicut naute ꝓsciūt tēpestatē futurā ex motu delphinoz ad supficiē aque descendentiū. Et formice veniēte pluuia reponūt granū in cauernis. ¶ Ad q̄ntū dicēdū q; id q̄ est futurū fm rem pōt esse ꝓsens in imaginatiōe. Et q; bonū est natuz mouere appetitū fm q; est imaginatū vel intellectuz vnde dr̄ in. iij. de aīa. ideo ex tali ꝓsentia potest sequi passio in appetitu.

Ad secūdū sic ꝓcedit. videt q; spes non sit in alia vi q̄ in cōcupiscibili. Arduū enī vel difficile nō addit aliquā rōnē appetibilis supra bonum: q; difficile magis habet rōnē fugibilis q̄ appetibilis. Arduū aūt non differt a bono nō arduo nisi scōm magis z min⁹: sz vis concupiscibilis est boni q̄ desiderat: cuz ergo obiectū spei sit bonū arduum vel difficile videt q; spes sit in cōcupiscibili. ¶ Ꝑ sicut volūtas est bonū appetibilis in pte intellectiua: ita cōcupiscibilis in pte sensitiua: sed in pte intellectiua oē q̄ ad appetitū ptinet est volūtas: ergo z in pte sensitiua oē q̄ ad appetitū ptinet est vis cōcupiscibilis: z ita cū spes ad appetitū ptineat vt dictum est. videt q; sit in cōcupiscibili. ¶ Ꝑ gaudiū z delectatio in cōcupiscibili sunt: sz spes facit gaudiū. Ro. xij. spe gaudētes. Et delectationē vt dic̄ ph̄s in vij. phi. ergo spes est in cōcupiscibili. ¶ Ꝑ ꝓsens z futuruz nō diuersificāt appetitiuā potētiā cū accidāt appetibili inquātū huiusmōi: sz gaudiū z spei nō differūt nisi scōm id q; gaudiū est de bono ꝓsenti. spes aūt de bono futuro: ergo cū gaudiū sit in cōcupiscibili z spes in eodē erit. ¶ Ꝑ eiusdez est moueri ad terminū z in termino q̄escere: sz spes importat motū in aliquē terminū in quē cū aliq̄s deuenerit gaudet: cū ergo gaudere sit cōcupiscibilis z sperare erit cōcupiscibilis. ¶ Sz cōtra cōcupiscibilis p se loquēdo nō ordinatur ad arduū: sz magis irascibilis: cū ergo obiectū spei sit arduū opoztz q; spes nō sit ī cōcupiscibili: sz in irascibili. ¶ Ꝑ idē est subiectū cōtrarioz: sz spei opponit timor: cū ergo timor sit in irascibili nō in cōcupiscibili: sicut z audacia q̄ iterum timori opponit videt q; spes etiā sit in irascibili ¶ Ꝑ ira fine spe esse nō pōt vt dic̄ Auic̄. in. vj. de naturalib⁹. vñ ex offensa illa de cui⁹ vindicta nō est spes sicut cū quis a rege offendit nō est ira: sz odiū magis vel timor: ergo cum ira nō sit cōcupiscibili nec spes. ¶ R⁹ dicēdū q; potētie passiue variant fm q; sunt nate moueri a diuersis actiuis per se loquēdo. ꝓpriū aūt motiuū appetitiue vtutis est bonum apphensiuz. vnde oportz q; fm diuersas vtutes apphendentes sint etiā diuersi appetitus. s. appetit⁹ rōnis qui est de bono apprehēso fm rōnē vel intellectū. vñ est de bono apprehenso simpliciter z in vniuersali. z appetit⁹ sensitiu⁹ qui est de bono apphēso fm vires sensitiuas. vñ est de bono particulari z vt nūc. Sz q; potētia passiua nō extēdit se ad plura q̄ vtus sui actiui fm q; dic̄ Comen. in. ix. Meth. q; nulla potētia passiua est in natura cui nō rñdeat sua potētia activa naturalis. ideo appetit⁹ sensitiu⁹ ad illa tantū bona se extendit ad que se extēdit apphēsio sensitiua. Quia aūt vt dic̄ Dio. vij. ca. de di. no. dina sapiētia cōiūgit fines ꝑmoz ꝓncipijs secūdoz: q; oīs natura inferior in sui supmo attingit ad infimuz nature supioris fm q; ptcipat aliq̄d de natura supioris q̄uis deficiēter. ideo tam apphēsione q̄ in appetitu sensitiuo inuenit aliq̄d in quo sensitiuū rōnē attingit. Oz enī aīal imaginet formas apphēsas per sensuz hoc ē de natura sensitiue apphensionis fm se: sz q; apphendat illas intētiones que nō cadūt sub sensu: sicut amicitiaz odium z huiusmodi hoc ē sensitiue partis fm q; attingit rōnē. vnde pars illa in hoīb⁹ in q̄b⁹ est ꝓfectior ꝓpter cōiūctionem ad aīam rōnalē dicit rō particularis: q; cōfert de intētionib⁹ particularib⁹. in alijs aūt aīalib⁹: q; nō cōfert: sed ex instinctu nāli habet huiusmodi intētiones apphēdere nō dicit rō sz estimatio. Similiter etiā ex parte appetitus q; animal appetat ea que sunt conueniētia sensui delectationem faciēntia scōm naturam sensitiuam est z pertinet ad vim concupiscibilem: sed q; tendat in aliquod bonum quod nō facit delectationē in sensu: sed magis natum est facere tristiciaz ratione sui difficultatis: sic q; aīal appetit pugnā cum alio

animali vl aggredi aliā q̄cūq; difficultatē h̄ē in appetitu sensitiuo fm q̄ natura sensitiua attingit intellectiuā ꝛ h̄ pti net ad irascibilē. Et iō sicut estimatio ē alia vis q̄z imaginatio: ita irascibilis ē alia vis q̄z ocupiscibilis. obiectū. n. ocupiscibilis ē bonū qō natū ē facere delectationē in sensu: irascibilis aūt bonū qō difficultatē habet. Et q; quod est difficile non est appetibile inquantuz huiusmodi: sed vel in ordine ad aliud delectabile vel rōne bonitat; que difficultati admiscet. Conferre aūt vnū ad aliud ꝛ discernere intētionē difficultat; ꝛ bonitat; in vno ꝛ eodē ē rōnis. ideo ꝓpe istud bonū appetere ē rōnalis appetit⁹: sz cōuenit sensitiue fm q̄ attingit ꝑ quādā impfectā pticipationē ad rōnalē: nō q̄dez cōferēdo vel discernēdo: sz nāli instinctu mouet in illud sic dictū ē de estimatiōe. Et p hoc pz etiā q̄ irascibilis ē altioz q̄z cōcupiscibilis ꝛ ppinquor rōni. ꝛ iō incōtinēs ꝓpter ocupiscētiā q̄ nulla lege vtic magis ē turpis q̄z iracūd⁹ q̄ vtic legib⁹: sz puersis vt dr in. vij. Ethi. vñ etiā vicia q̄ sūt in concupiscibili sūt maiozis infamie quā ea q̄ sūt i irascibili. Ex bis ergo iā planū ē videre q̄ passio sit in irascibili ꝛ q̄ in cōcupiscibili. ois enī passio de cui⁹ intellectu ē appetit⁹ in bonū vl cōueniēs simplr ē in cōcupiscibili sic amor delectatio ꝛ busmōi ꝛ eoz opposita. Ois aūt passio de cui⁹ intellectu ē appetit⁹ in bonū cū circūstātia difficultat; ē in irascibili ꝛ busmōi sūt oia illa q̄ importāt bonū vel malū cū determinatiōe alicui⁹ quātitatis sic ira q̄ nō ex q̄libet lesiōe cōsurgit: sz ex ea q̄z pōt aliqs vindicare: ꝛ tū nō habet in ꝓmptu vindictā. Timor etiā nō est de quolibz malo: sz de malo cui nō pōt resisti vl difficulter resistic. Spes aūt importat motum appetit⁹ in aliq̄ bonū cōmēsuratū appetēti. Nō. n. ē de bono tāto ad qō nullo mō possit pueniri: nec iterū de tā paruo q̄ ꝓ nihilo habeat: sz de eo qō ē possibile haberi: ꝛ tñ ē difficile ad habēdū ꝓpter qō dr arduū. vñ pz q̄ spes fm q̄ est passio ē in irascibili. ¶ Ad ꝑmū ergo dicēdū q̄ difficile vl arduū addit quādā spālē rōnē bonitat; s. ꝑciositatē quādā ex h̄ ipso q̄ nō de facili habet: sic dr oē rarū carū. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ nā rōnal ex seipsa offerre hz ꝛ discernere. vñ bonū qō ē ex seipso appetibile vel qō indiget collatiōe ꝛ discretione ad h̄ q̄ appetat fm naturā rōnalis appbensionis appetitū rōnalē mouet. ꝛ ideo ex h̄ nō diuersificat appetit⁹ rōnalis: sz dr volūtas vl iter nō sic aūt est de appetitu sensitiuo vt pz ex dictis. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ inq̄tū spes est de difficili arduo nō delectat: sz magis affligit cuz ex h̄ ipso sit distās: sz inq̄tū ē de bono possibili acq̄ri sic facit delectationē: q; sicut qō ē in potētia iā hz inchoationē sui esse: ita qō appbēdic vt possibile adipisci appbēdic vt iā quodāmō ꝓsens. ꝛ iō spes delectationē facit. ꝛ hec delectatio nō ē in cōcupiscibili: sz in irascibili. q̄libet enī potētia appetit⁹ sibi conueniēs ꝛ de eo delectat vt infra dicet. bonū aūt arduū ex h̄ ipso q̄ ē possibile adipisci ē cōueniēs in irascibili. vnde in ipsuz tēdit. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ obiectū irascibilis ē bonū difficile qō q̄nq; habz bonitatē ex ordine ad aliud. vñ in actu vel motu irascibilis ē duplex termin⁹. ꝑm⁹ ē primus fm q̄ terminat in obiectū ꝓpriū vt q̄ñ oscet victoriā. Et q; ꝓpriū obiectū irascibilis hz difficultatē. ideo nō ē delectabile alicui simplr: sz ē delectabile ei fm hāc vim cui⁹ act⁹ ē pfectus per h̄ q̄ ptingit ad obiectū ꝓpriū qō iā cōsecutū ē: sicut q̄ñ aliquis delectat de hoc q̄ vincit q̄z inimicus simpliciter sensibilē dolorē de vulneribus sustineat ꝛ de fatigatiōe tristiciā habeat. Et iō hec delectatio nō ē cōcupiscibilis: sz ē ꝓpe irascibilis: sic delectatio q̄ ē ꝓpria in actu videndi est ꝓpria ipsius visus. secūdus termin⁹ ē vltim⁹ finis in quē obiectū ꝓpriuz ordinatū ē. hoc aūt ē aliqd qō fm seipsuz ē cōueniēs ꝛ delectabile: sic q̄ aīal postq̄z vincit aliud aīal vtic ad libitū ꝓpa voluptate. Et hec delectatio ptinet ad cōcupiscibilē. Irascibilis enī ad obseruationē cōcupiscibilis ordinat vt. s. ꝓpter difficultatē interueniētē delectatio cōueniēs nō ꝑmittat Et ideo dicit Damas. in. ij. li. q̄ ira ē audax cōcupiscētie index ꝛ ꝓpter hoc etiā dic⁹ phs in. viij. de aīalib⁹ q̄ aīalia pugnāt adinuicē ꝓpter cibum ꝛ ꝓpter coitum: q; circa has delectatiōes ꝓcipue est cōcupiscibilis.

¶ Ad tertium sic ꝓcedit. videt q̄ spes non differat ab alijs passiōib⁹. spes enī iportat expectationē: sz oīs mot⁹ appetit⁹ videt eē expectatio q̄ nihil aliud dic q̄z ptēsionē in aliq̄ bonū: g̃ spes nō distinguit ab alijs passiōib⁹ q̄ ad appetitū ptinēt. ¶ Ꝑ expectatū bonū ē obiectū spei q̄ est expectatio: sz expectatū bonū ocupiscētiā ostituit vt dic Damas. ij. li. g̃ cōcupiscētia ē idē q̄ spes ¶ Ꝑ idē motus ē a termino ꝛ ī terminū: sz timor dic motū appetit⁹ a malo. spes aūt dic motū eiusdē in bonū: g̃ idē est timor ꝛ spes. ¶ Ꝑ sicut se hz albū ꝛ nigrū ad visuz: ita se hz bonū ꝛ malū ad appetitū: sz albū ꝛ nigrū nō diuersificāt nec potētiā visiuā nec passiōes ei⁹: g̃ nec bonū ꝛ malū diuersificāt passiones appetit⁹: ꝛ ita timor ꝛ spes nō sūt diuerse passiōes quāuis sint de bono ꝛ malo. ¶ Ꝑ spes vt dictū ē. dic ptēsionē appetit⁹ in aliq̄ arduū: sz h̄ idē inuenit in audacia ofidētia siue fiducia ꝛ ira: g̃ oīa ista sūt idē q̄ spes. ¶ Ꝑ hz otra quor diffinitiōes sūt diuerse: ꝛ ipsa differūt: sz diffinitio spei nō cōuenit alijs passiōib⁹: ergo ꝛ spes ab alijs passiōib⁹ distinguit. ¶ Ꝑ q̄cūq; sūt idē. vnū nō pōt esse sine altero: sz spes pōt esse sine alijs: g̃ spes ab alijs differt. ¶ Ꝑ motus differūt penes terminos: sz nō est idē termin⁹ seu obiectū spei ꝛ aliarū passionū: q; speratū bonū ē obiectuz spei. nō aūt ꝑ se loquēdo aliarū passionū: g̃ spes differt ab alijs passionib⁹ ¶ Ad⁹ dicēdū q̄ passiōes aīe de quib⁹ loq̄mur. ꝓmo distinguūt ex h̄ q̄ q̄dā importāt bonū ꝛ malū absolute ꝛ be pertinēt ad cōcupiscibilē. q̄dā vero iportāt aliquā mēsurā boni vel mali vt ex ꝓdict; pz ꝛ hec ptinēt ad irascibilē. Passionū ergo in cōcupiscibili existētiū. q̄dā iportāt habitudinē cōcupiscibilis ad suū obiectū. q̄dā vero motū ipsi⁹ respectu obiecti. q̄dā vero impressionē relictā in ipsa ex ꝑsentia obiecti. Cū aūt obiectū appetit⁹ sit bonū vel malū q̄libet istor per hec duo diuidit. Amor enī importat habitudinē cōcupiscibilis ad bonū odiū vero ad malū: q; amor amatū ponit cōnaturale: ꝛ q̄si vnū amāti cui⁹ cōtrariū facit odiū. Et q; hec habitudo pficit ex ꝑsentia obiecti: ideo amor fm pfectā sui rationē est habiti vt dic Aug⁹. Mot⁹ aūt cōcupiscibilis ī bonū dr desideriū. in malū aūt ē denoiat⁹: sz dicat fuga. Inpssio vero relicta ī cōcupiscibili ex ꝑsentia boni dr delectatio vel gaudiū: sz ꝑsentia mali dr tristicia vel dolor. Qualit aūt tristicia ꝛ dolor differūt supra dis. xv. dictū ē. Eodē etiā mō differūt delectatio sensibilis ꝛ gaudiū. Leticia aūt dic effectū gaudij in dilatatiōe cordis vñ dr leticia q̄si laticia. Exultatio aūt effectū ipsi⁹ in signis exteriorib⁹ inq̄tū gaudiū interi⁹ ad exteriora ꝓrūpēs quodāmō exilit. Quia aūt irascibilis ꝓpter cōcupiscibilē ē aīalib⁹ data vt nō deficiat in suo actu. ideo passiōes irascibilis ex passionib⁹ cōcupiscibilis originē habēt. Adiuuat aūt cōcupiscibilē irascibilis ꝛ ī bono ꝛ malo. In bono q̄dē vt delectabile cōcupiscibili conuenies nō obstāte difficultate ꝓsequat. In malo aūt nociuū difficile repellat. Passio g̃ irascibilis vel orit ex passiōe cōcupiscibilis quā facit appbēsio appetibilis vel quā facit ꝑsentia ipsi⁹. si ꝓmo mō vel respectu boni ꝛ h̄ vel possibilis cōsequi in qō tēdēdū est: ꝛ sic ē spes. vl nō possibilis qō dimittēdū est: ꝛ sic ē desperatio. Aut respectu mali ꝛ h̄ vl possibilis repelli cui resistēdū ē: ꝛ sic est audacia vel non possibilis repelli qō fugiēdū est. ꝛ sic est timor. Si aūt ex ꝑsentia appetibilis hoc nō pōt eē respectu boni: q; ex quo cōcupiscibilis suo delectabile fruit nō indiget irascibili: q; nō hz difficultatē in illo: sz est respectu mali qō repellēdū est ꝛ difficultatē habēs: ꝛ sic causat ira si est possibile repelli. Alias passio in ocupiscibili sistit. Et iō ira nō hz passionē cōtrariā: nec fm ōrietatē boni vel mali: sic gaudiū ꝛ tristicia q̄ cōtrarietas est ꝓpria passionū cōcupiscibilis vel fm contrarietatez

possibilis ⁊ nō possibilis sic̄ spes ⁊ desperatio q̄ cōtrarietas est ꝑpa passionū irascibilis. Sciēdū tn̄ q̄ ira causat nō solū ex re incōuenienti p̄sente: sicut cum q̄s irascit de vulneratione: sz etiā de cōuenienti a tali p̄sente: sicut cū q̄s irascitur ex iniurijs illatis ⁊ etiam ex apprehēsione habiti inconuenientis. Et ideo ira causat ex doloꝛe q̄tū ad p̄mū ⁊ ex tristicia vt dic̄ Damas. q̄tū ad secūdū. Sic g̃ passiones aīe p essentiales differētias diuidūt. Inueniūt etiā diuersificari noīa passionū p differētias accidētales q̄ q̄dē accidūt vl̄ ipsi passioni vt intēsio ei⁹ vl̄ ex obiecto. Si p° mō sic ocupiscētia dicit intēsionē desiderij. zelus intēsionē amoris nō patiēs cōsoꝛtiū in amato. Abhominatio intēsionē odij. Exultatio intensionē gaudij vt in signo exteriori prūpat gnāliter. Et sil̄r hilaritas q̄tū ad signū q̄ oñdūt in facie. Et iocūditas q̄tū ad signa q̄ oñdūt etiā in actib⁹. Accidia aūt intēsionē tristicie intātū vt īmobilitet hoīez actionē recoꝛdās. vñ dr a Damas. q̄ est tristicia aggrauās. i. īmobilitas vel athos inq̄tū ꝓhibet locutionē: qꝛ vt dic̄ Damas. est vocē auferēs. p̄sumptio aūt intēsionē spei Audacia aūt excessuz cōfidētie in aggrediēdo terribilia. Furoꝛ aūt intēsionē ire. Cum aūt obiectū ꝑpriū ⁊ p se istarū passionū sit bonū vl̄ malū apparēs ea q̄ accidētaliter se habēt ad hec faciūt accidētalē differētiaz in passiōib⁹ ex pte obiecti sic̄ tristicia q̄ est de malo q̄ē apparēs malū tristāti. hoc aūt accidit eē bonū vel malū alteri. Si ergo tristicia sit de malo q̄ est malū alteri. ⁊ p hoc apprehendit malū ipsi tristāti sic est mīa. Si aūt sit bonū alteri ⁊ per h̄ apprehendit vt malū ꝑpriū: sic est inuidia q̄ est tristicia de ꝓsperitate bonoꝛ vel semesis q̄ est tristicia de ꝓsperitate maloꝛ vt dr. ij. Ethi. Siliter etiā timoꝛ distinguit: qꝛ malo difficili superāti facultatē timētis accidit aliq̄d dupliciē vel ex pte ipsi⁹ mali vel ex pte timentis. p̄mo mō accidit sibi turpitudo ⁊ h̄ vel in se: ⁊ sic est verecūdia q̄ est de turpi actu vel in opinione: ⁊ sic ē erubescētia q̄ est timoꝛ de cōuicio vt dic̄ Damas. vel verecūdia de turpitudine culpe. Erubescentia de turpitudine pene. Ex pte aūt timētis sumūt accidētales differētie timoꝛis h̄ mō: qꝛ terribile vl̄ excedit facultatē timētis in agēdo: ⁊ sic est segnicies vel ignauia q̄ē timoꝛ future opatiōis vt dic̄ Damas. Vel in cognoscēdo ⁊ h̄ triplici ter vel ꝑpter cognoscibilis altitudinē: ⁊ sic ē āmiratio q̄ē timoꝛ ex magna imaginatiōe vel ꝑpter ei⁹ in cōsuetudinē: et sic est stupoꝛ q̄ est timoꝛ ex assueta imaginatiōe vl̄ ꝑpter incertitudinē: ⁊ sic ē agonia q̄ est timoꝛ infoꝛtunij. Et h̄ idē dr trepidatio vel dubitatio. Sic ergo pz quō spes ab alijs passionib⁹ differat ⁊ quō etiā oēs alie passiōes ab inuicem distinguāt. Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ sicut supra dictū ē. exspectare importat ptēsionē appetit⁹ in aliq̄d cū quiete pturbāte fugā vel recessuz. hec aūt quies cōtingit ex difficultate ei⁹ in q̄ mot⁹ appetit⁹ tēdit: sz nō in ꝓmptu ē vt habeat. q̄ enī in ꝓmptu est: sine mora acq̄rit. Et qꝛ bonū cū difficultate ꝑpe ē obiectū irascibilis. ideo exspectare ꝑprie ad irascibilē ptinet tendēte in aliq̄d bonū. habet aūt se ad spem sic̄ cōe ad ꝑpriū inq̄tū spes addit certitudinē circa expectationē. Ad secūdū ergo dicēdū q̄ Damas. loq̄t large. Accipit. n. exspectatū bonū ꝓ bono q̄ nōdū habet. q̄ q̄dē cōe est cōcupiscētie ⁊ spei. Ad tertiū dicēdū q̄ mot⁹ a termino ⁊ in terminū q̄nq̄ sūt cōtrarij q̄nq̄ idē q̄nq̄ disperati. Si. n. termini a quo ⁊ ad quē sit mot⁹ est idē sic̄ a nigredine in albedinē. Si aūt sit idē termin⁹ a quo ⁊ in quē sit mot⁹ sūt otrarij sicut mot⁹ ab albedine in albedinē. Si aūt sint diuersi nō otrarij: sic mot⁹ sūt diuersi disperati: sicut mot⁹ ab albedine ad calozē. his modis vltimis spes ⁊ timoꝛ se habēt: qꝛ otrarietas q̄ attēdit in irascibili ē fm facile ⁊ difficile sui possibile ⁊ impossibile. nō aūt circa bonū ⁊ malū: qꝛ circa h̄ ē cōcupiscibilis. vñ si consideret ꝑpria rō obiecti irascibilis sic timoꝛ ꝓriat spei: qꝛ timoꝛ est difficili ad q̄ est spes. si autē cōsideret rō difficilis sic sūt desperata: qꝛ timoꝛ est a difficili in genere maloꝛū. spes aūt a difficili in genere bonoꝛum. Ad q̄rtū dicēdū q̄ passiōes cognitiuarū vtutū sūt a reb⁹ fm esse spūale. Et qꝛ fm hoc esse nō habēt ōria ōrietatē: ideo nō causant contrarie passiōes ex contrarijs in potentijs cognitiuis. Sz passiōes appetitiue sūt ex reb⁹ fm suū esse nāle qꝛ appetit⁹ est de bono ⁊ malo q̄ sunt ī reb⁹ vt dicit phs in vj. Ethi. ⁊ ideo cū fm esse nāle ōrietatē habeāt ōrias passiones causant. Ad quintū dicendū q̄ cū arduū siue difficile sit ꝑpriū obiectū irascibilis differētie faciētes oppositiones in passionib⁹ irascibilis sūt difficile facultatē superans vl̄ nō superās ⁊ vtrūq̄ ē vl̄ bonū vl̄ malū. Fiducia g̃ seu cōfidētia importāt motū irascibilis in id q̄ estimat vt facultatē nō excedēs q̄ q̄dā spāl̄r circa bona ipoꝛtat spes. circa mala aūt audacia nisi q̄ audacia excessuz ipoꝛtat q̄nq̄. vñ ī malū q̄nq̄ accipit. mot⁹ aūt appetit⁹ in id q̄ estimat vt superās facultatē siue ī bonū siue in malū ē diffidētia. In bonū aūt spāl̄r ē desperatio. in malū aūt timoꝛ: ita aūt ē passio cōposita ex audacia vel doloꝛe ⁊ spe vt ex dictis patere pōt.

Ad quartū sic procedit. videt q̄ ad malos homines charitatē habere nō possum⁹. charitas enim exigit cōiunctionē in dīna vita que est per grām vt dictuz est: sz hec vita nō est in peccatoribꝫ: ergo nō sunt ex charitate diligendi. ¶ Ꝑ sicut similitudo est causa dilectionis: ita dissimilitudo est causa contrarij: sz mali sunt dissimiles bonis: ergo nō sunt ab eis ex charitate diligēdi. ¶ Ꝑ sic pbs dicit. ix. Ethi. impossibile est amicitiā esse inter eos qui nō eisdē gaudēt: sz boni z mali nō gaudent eisdē: sz contrarijs: ergo nō potest esse amicitia eozū ad inuicez. ¶ Ꝑ amicitia redamantiū est vt pbus dicit: sz mali nō redamant nos: sed odiūt bonos: ergo nec boni ex charitate debēt diligere malos. ¶ Ꝑ amicozū est ad inuicē amicitiā habere: si ergo boni ex charitate diligūt malos z mali seipsos diligēt. hoc autem falsum est: qz pbs ꝓbat in. ix. Ethi. q̄ null⁹ mal⁹ sui ipsi⁹ amicus est: ergo mali nō sunt ex charitate diligendi. ¶ Sz cōtra Matth. v. diligite inimicos vestros: sz oīs qui inimicatur malus est: ergo mali ex charitate sunt diligēdi. ¶ Ꝑ quibuscūq; est benefaciēdū illi sunt ex charitate diligēdi: sz malis debem⁹ benefacere cōuertēdo eos in necessarijs subueniēdo eis: g̃ mali sūt ex charitate diligēdū. ¶ R°. dicēdū q̄ in malis est duo cōsiderare. s. naturā q̄ boīes sunt. z mali ciam qua mali sunt: qz ergo fm naturā suā sūt ad imaginē dei z vite dīne capaces sunt. ideo fm naturaz sunt ex charitate diligēdi. malicia aūt ipsoz̄ est cōtrariū dīne bonitati. z ideo ipsa in eis odienda est. vnde Aug⁹ dicit sic diligēdi sunt boīes vt eozū nō diligant errores. ¶ Ad pmū ergo dicendū q̄ charitas nō exigit cōiunctionē in dīna vita in actu sed sufficit vt sit in potētia: quia q̄ō est in potentia quodāmodo ē. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ illud scīm q̄ nobis dissimiles sunt odire debem⁹ in eis: z destruere quātū possum⁹ z hoc est eozū naturā diligere: qz eozū malicia bonitati nature repugnat. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ q̃tuis q̃tū ad id q̄ nunc est nō gaudeāt eisdē tñ possibile est vt eisdē gaudeāt z ideo dicit pbs in. ix. Ethi. q̄ nō est cōfestim dissoluenda amicicia ad eū qui ex bono fact⁹ est malus: sz multo pl⁹ adiuuādi sunt ad recuperādā bonitatē virtutis q̃ ad recuperandā passionē bonozū tēpozaliū. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ q̃tuis actu nō redamat: tñ nati sunt redamare z precipue in vita futura cui⁹ vite cōiunctionē precipue attendit charitas. vnde bene p̄t esse etiā inter eos qui se in hac vita non cognoscūt. ¶ Ad q̃ntū dicēdū q̄ malus in seipso diuisus ē quia per affectū malicie impugnat bonitatē nature z scīm hoc dicit seipsuz odire. nos aūt malos q̃tū ad naturā quā habent diligere debemus non quantū ad maliciam.

Ad quintū sic procedit. videt q̄ demones ex charitate sint diligendi. Leuiti. xix. dilige proximū tuum glosa primus nō ꝓpinquitate sanguinis intelligēdus est: sz societate rōnis: sz demones z dānati nobiscuz habent societatē in rōne: ergo sunt ex charitate diligēdi. ¶ Ꝑ dictū est q̄ malos debem⁹ diligere rōne nature que in eis bona est: sz sicut dicit Dio. iiij. ca. de di. no. in demonib⁹ est etiā nā bona qz bona nālia p pctū nō amiserūt: g̃ sūt diligē di ex charitate. ¶ Ꝑ oēz creaturā rōnalē quā de⁹ diligit ex charitate diligit: sed deus diligit demones: qz diligit omnia que fecit: ergo ex charitate diligit eos cū sint rationales creature: ergo z nos ex charitate debem⁹ eos diligere ¶ Ꝑ q̄ facit ad cumulū nostri meriti: z ad dei gloriā debem⁹ ex charitate diligere: sz demones inquātū nos tētant nobis ꝓficiunt: sicut in. ij. li. dis. v. dictū est. z iterū gloria dei in eis manifestat: ergo sūt ex charitate diligēdū. ¶ Sed cōtra cū amicis cōmunicanduz est: sz oīs cōmunicatio ad demones est nobis interdicta. Isaie. xxxviij. reprehendūt illi qui dicūtur cū morte z inferno pactū inysse: ergo demones nō sūt ex charitate diligēdi. ¶ Ꝑ augustin⁹ dicit q̄ proximus ex charitate diligit: vel quia iustus est vel vt iustus sit: sed demones neq; iusti sunt: neq; iusti esse possunt: ergo ex charitate diligendi nō sunt. ¶ R°. dicendū q̄ sicut predictuz est ex charitate diligitur aliquid dupliciter. vno modo sicut id ad q̄ habet caritas. Alio modo sicut id ad q̄ terminatur aliquo mō amor quē includit charitas inquantū ordinat ad aliquid eozū ad que habet charitas. Primo igit modo demones nō sunt ex charitate diligendi: qz nō cōmunicant nobiscū in vita dīna: neq; actu neq; potentia: z similiter est etiā de dānatis. vnde pbs dicit in. vj. Ethi. q̄ amicicia ē dissoluenda ad illos qui sunt insanabiles ꝓpter maliciā abūdantem. hec aūt insanabilitas: q̃tuis in hac vita cōtingat in quibusdā cōsideratis humanis viribꝫ: non tamen cōtingit nisi post hāc vitā cōsiderato ordine dīne misericordie. charitas aūt attendit q̄ diuinū est: sz amicicia q̄ humanū est. z ideo amicitia politica dissoluit ad illos q̄ fm humanas cōsiderationes insanabiles sunt effecti q̄ etiam in hac vita q̃cūq; cōtingit sz charitas nō dissoluit ad aliquē in hac vita quantūcūq; sit malus: qz adhuc fm ordinē dīne misericordie manet possibilitas ad vitā gratie: sz post hanc vitā non manet. z ideo per modū predictū: neq; dānati neq; demones sunt ex charitate diligēdi: quātū aūt ad scīm modū de monū natura ex charitate diligi potest inquātuz est creatura dei. non aūt demones: qz hoc nomen vicii ꝓncipaliter ipsoz̄ designat. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ intelligēduz est de societate rōnis in qua manet ordo ad vitā gratie cuiusmodi cōiunctionē requirit charitas. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ in peccatoribꝫ q̃dū in hac vita sunt adhuc rōne nature manet potestas ad gratiā. nō aūt in dānatis z demonib⁹ z ideo nō est similis ratio. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ deus diligit naturā demonū nō quasi ad eam charitatē habeat: sz iuq̃tū ē effect⁹ ei⁹. z hoc mō etiā nos eā debem⁹ diligere ¶ Ad q̃rtū dicēdū q̄ ꝓbꝫ q̄ demones ꝓsunt nobis ad meritū z q̄ eoz̄ act⁹ z vita in gloriā dei cedāt Est p accidēs ꝓter intētionē eoz̄ z ex eo q̄ ē fm accidēs nō ē sumēdū iudiciū de re aliq̄.

Ad sextū sic procedit. videt q̄ hō nō debeat seipsum diligere ex charitate: quia sicut dicit Gzego. charitas minus quā inter duos haberi nō p̄t: ergo nō potest esse alicui⁹ ad seipsum. ¶ Ꝑ amicitia redamationez exigit z cōiunctionē in vita z alia huiusmodi que nō sūt hominis ad seipsum: sz charitas amicicia quedā est: ergo charitas nō est hois ad seipsum. ¶ Ꝑ charitas amor quidam est: amor aūt vt dicit Dio. est vnitiua virt⁹: cū ergo vnio nō fit nisi diuersoꝝ. videt q̄ charitas nō possit eē ad seipsuz ¶ Ꝑ amicicia in equalitate cōsistit sicut iusticia vt dicit in viij. Ethi. sed iusticia nō ē ad seipsuz ꝓpie loquēdo vt pbs dicit in. v. Ethi. ergo neq; amicicia seu charitas. ¶ Ꝑ nihil vituperabile est diligēdū ex charitate: sz amare seipsuz ē vituperabile vt patz ꝑma Thi. iij. erūt boīes seipsos amantes ergo ex charitate homo seipsuz nō diligit ¶ Sed cōtra hō debet diligere proximū sicut seipsuz: sz primū debet ex charitate diligere: ergo z seipsum. ¶ Ꝑ miseri cordia ex charitate causat: sz homo sibiipsi potest misericors esse: ergo z se ipsum p̄t ex charitate diligere. ¶ R°. dicēdū q̄ ꝓcessus amoris se habet ad similitudinē ꝓcessus cognitionis. In cognoscitiuis aūt inuenit aliquid: vbi ꝑmo figit intellect⁹ cognoscētis sicut in ꝑmis ꝓncipijs. z ex bis ad alia deriuatur: z ipsa quidē cognitio fm q̄ stat in ꝓncipijs accipit nomen. intellect⁹ fm q̄ aūt deriuat ad cōclusiones que ex ꝑncipijs cognoscūt accipit nomē sciētie. Sz qz cognitio ꝓncipiorū est in cōclusionib⁹ sicut causa in causato: z econuerso cognitio cōclusiōis ē in ꝓncipijs sicut causatū in causa: ideo etiā dicūt intelligi cōclusiones z sciri ꝓncipia. Similiter z affectus amātis. ꝑmo figurat in ipso amāte z ex eo deriuat ad alios vt pbs dicit in. x. Ethi. q̄ ex bis q̃ sunt boīs ad seipsuz venerāt ea q̃ sunt boīs ad amicū: dū se habet ad amicū sicut ad seipsuz. Nec est mirū: qz vnita ad similitudinē se habēt eoz̄ q̃ facit vnū z q̃tuis nomē amicitie iponat ꝓpe fm q̄ amor ad alios se diffundit: tamē etiā amor quē quis habet ad se ipsum amicicia z charitas potest dici inquātū amor quem quis habet ad alterū ꝓcedit a similitudine amoris quē q̃s

habet ad seipsum. Ad primū ergo dicendū q̄ Grego. loq̄ quit quātū ad p̄mā impositionē nois charitatis. Ad secūdū dicendū q̄ ratio illa ꝓcedit de amicitia ſm q̄ importat amorē diffusum ad alios. Ad tertiū dicendū q̄ illa q̄ sunt vnū scōm numerū possunt adhuc vniri per affectum. z ideo p̄t esse amor etiā ꝓprie dict⁹ ad seipsum. Ad quartū dicendū q̄ amicitia cōsistit in adequatiōe quātū ad affectū: sz iusticia in adequatiōe rerū: sz per operationē aīe possunt accipi sicut diuersa vt vnū: ita idē vt plura q̄ cōtingit q̄n actus aīe in ipsum agēte reflectitur. z ideo amicitia magis p̄t esse ad se q̄z iusticia: q̄uis etiam iusticia possit esse hois ad seipsum methaphorice dicta inquātū in hoīe etiam diuersa ſm rem inueniūt. s. diuerse vires quaꝝ adequatio in eo q̄ vnicuiq̄ cōpetit iusticiā methaphoricā facit vt in v. Ethi. dicit. Ad quintū dicēdū q̄ amare seipsum q̄tuz ad hoīez exteriorē nimis est vituperabile: sz amare seipsum q̄tū ad hoīem iteriorē ē valde laudabile z h̄ est charitatis.

Ad septimū sic ꝓcedit. videt q̄ corpa nostra nō sint ex charitate diligēda. charitas enī nō refugit cōuersationē cum eo ad quē charitas est: sz charitas facit refugere cōicationē ad corp⁹ vt patet Ro. viij. ds me liberauit de corpe mortis hui⁹ g̃ corp⁹ nō ē ex charitate diligēdū. P̄ phs dicit in. x. Ethi. q̄ vituperabile est hoīez seipsuz diligere q̄tū ad id q̄ ē exteri⁹ in seipso: sz corp⁹ nr̄m ē maxie exteri⁹: ergo vituperabile est corp⁹ nostrū diligere: ergo nō diligit ex charitate. P̄ btitudo nostra erit in fruitione dei sz illi⁹ fruitionis corp⁹ nostrū ꝓticeps esse nō p̄t: ergo nō ē particeps nostre btitudinis: ergo nō est ex charitate diligēdū. P̄ pars nō ponit in numerū otra totū: sz corp⁹ nostri pars est: ergo nō debet poni aliud diligibile corp⁹ nostrum q̄z nos ipsi. P̄ primū debem⁹ diligere sicut nos: sz nō ponitur aliud diligibile ꝓrim⁹ z corp⁹ ꝓrimi: ergo nō debet poni ad diligibile nos ipsi z corp⁹ nostrū. Sed contra Eph̄. v. viri debēt diligere vxores suas: sicut corpa: sz vxores debent diligere ex charitate: ergo z corpa. P̄ oē beatificabile est ex charitate diligendū: sz corp⁹ nostrū est beatificabile: ergo est diligendū ex charitate. P̄ᵒ dicēdū q̄ corp⁹ nostrū est vnū de quatuor que sūt ex charitate diligēda. dilectio enī charitatis habet ꝓ fundamēto cōicationez btē vite p̄ncipaliter vt ex dictis patz z vite gratie ſm q̄ ordinatur ad ipsam. hec aūt vita tripliciter habet relationem ad habentē charitatē. est enī vno mō in aliquo sicut in p̄ncipio diffundente vitā istā in alijs: z sic est in deo. Est aūt in ipso amāte: sicut in ꝓticipāte vitā istā. z hoc dupliciter: q̄ scōm aīam p̄ncipaliter z per quādā redundātiaz ſm corpus. Est etiā in alijs sicut cōpticipantib⁹: z sic est in ꝓximo. et ideo quatuor sūt ex charitate diligēda. s. de⁹ ꝓrim⁹ nos z corp⁹ nostrū. Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ charitas nō refugit cōicationē corporis ſm q̄ ē capax glorie: sz ſm q̄ est subiectuz miserie que impedit ad gloriā. Ad secūdum dicēdum q̄ hoīez diligere seipsuz ſm exteriorē naturā in his que repugnant rōni est vituperabile: sz in his in quib⁹ natura exterior interiori cōcordat est laudabile. Ad tertium dicendū q̄ q̄uis corp⁹ nō fruat deo īmediate tñ ex aīa fruēte erit quedam redundātia glorie in corp⁹. Ad quartū dicendū q̄ vnusquisq̄z hō ꝓprie dicit esse id q̄ est nobilissimum in eo vt dicit phs in. ix. Ethi. vnde dilectio sui ipsi⁹ intelligit in quātū ad ea que ad aīam pertinēt. z ideo dilectio corporis diuidit cōtra dilectionē suiipsi⁹ nō sicut pars cōtra totum sz sicut pars cōtra partē. Ad quintū dicēdū q̄ corp⁹ ꝓximi z aīa in eadē relatione se habēt ad habentē charitatē respectu beate vite. s. vt simul participās. z ideo nō distinguitur diuersum diligibile penes aīam z corp⁹ ꝓximi Dis. ij. z iiij. nulla ꝓcepta tē. Cōtra lex debet vniuersaliter hoīem de omnib⁹ ordinare que ad vtutes pertinēt. P̄ dilectio dei similiter erat oīb⁹ insita naturaliter. Et dicēdū q̄ sicut se habent sciētie speculatiue ad cognoscenda: ita se habet lex ad operāda. vnde sicut in sciētijs speculatiuis nō traditur doctrina de p̄ncipijs per se notis q̄z per naturā cognoscūt: sed tantū de cōclusionib⁹ que per ea cognoscūt: ita neq̄z lex determinat explicite de dilectiōe sui ipsi⁹ ad quā natura inclinat: sz de dilectione ꝓximi que ex illa oritur: sicut cōclusiones ex p̄ncipijs. dilectio aūt dei q̄uis nobis naturaliter insit: nō tñ hoc modo quo per charitatē diligit vt supra dictū est. ex hoc aūt ipso q̄ ꝓcipit deus diligi spūaliter docemur nos ipsos spūaliter diligere. Nemo vnq̄z carnem suā odio habuit. Cōtra multi seipsos interficiūt vt dicit phs in. ix. Ethi. ꝓpter abundantē maliciā. Et dicendū q̄ vitā suā corporalez quilibet diligit naturaliter: sz q̄ aliqui ad mortem suā corporalē anhelāt hoc cōtingit per accidēs vel inquantū retardant ab aliquo bono magis amato per vitā corporalē: sicut in querentib⁹ aliā vitam accidit: vel inquātū corpoalem vitā ipsorū aliquo mō cōsequēt aliqua mala quibus carere melius estimāt q̄z vitā corporalez habere. Oritur aūt hic questio. videt q̄ dilectio angelor z beate virginis z xp̄i ſm q̄ homo nō cōtineat in dilectione ꝓximi: sed magis debeat reduci ad dilectionē dei: q̄ supra nos sūt. Et dicendū q̄ de⁹ est supra nos quasi influens nobis eternā vitā sicut aūt neq̄ angeli: neq̄ homo virtuosus: neq̄ xp̄s ſm q̄ homo supra nos sunt: q̄ fīē sola trinitas nos creauit ad vitam nature: ita ipsa sola nos sanctificat vita gratie z beatificabit vita glorie: sz sunt diligēdi: sicut simul nobiscū participantes a deo vitaz eternā z in hoc iuxta nos sunt q̄uis sint supra nos in hoc q̄ plenius participant.

## DISTINCTIO .XXIX.

### De ordine diligēdi quid ꝓius quid posterius.

Post predicta de ordine charitatis agēdū est: q̄ dicit spōsa: introduxit me rex i cellā vinariā z ordinauit in me charitatem. Videm⁹ ergo ordinē q̄d ꝓius z q̄d posteri⁹ eē debeat. Peccat enī q̄ ꝓpostere agit. Nā scire q̄d facias z nescire ordinē faciēdi nō pfecte cognitiōis ē. Ordinis nāq̄z ignorātia cōturbat meritoz formā. Ordinē aūt diligēdi. Aug⁹ insinuat dicēs: Ipse est q̄ ordinatā habz dilectionē. ne aut diligat qđ nō diligēdū est: aut nō diligit qđ diligēdum est aut eque diligat qđ min⁹ vl ampli⁹ diligēdū ē: aut min⁹ uel ampli⁹ qđ eque diligēdū est. Dis pctōr in quātū est pctōr: nō est diligēdus. z ois hō inquātū est hō diligēdus est ꝓpter deū. de⁹ vo ꝓpter seipsū z de⁹ ꝓpter se oi hoie ampli⁹ diligendus est: z amplius q̄sq̄z debet deū diligere q̄z seipsum. Jtē amplius ali⁹ hō diligēdus ē q̄z corp⁹ nostrū: q̄ ꝓpter deū oia ista diligēda sūt: z p̄t nobiscū deo hō perfrui. qđ nō p̄t corp⁹: q̄ corp⁹ per aīam viuit q̄ fruimur deo. Audisti aliqua de ordine charitatis. vbi exp̄ssum est nos ampli⁹ debere diligere deū q̄z oēs hoies uel nosipsos: z ampli⁹ aīam alteri⁹ hois q̄z corp⁹ nostrū. In enumeratiōe etiā quatuor diligendoruz superi⁹ posita ꝓius ponit qđ supra nos est: secūdo quod nos sumus. tertio quod iuxta nos est quarto qđ infra nos est Vbi ordo diligēdi insinuari videt ex ratione enumeratiōis. Nō est aūt apertum vtrū oēs homines pariter debeam⁹ diligere tantū quantū z nos: uel minus.

¶ An oēs homines pariter diligēdi sunt.

QVnde ⁊ sup hoc semp mouet questio quaz perplexā faciunt sanctoꝝ verba varie prolata. Quidā enī tradere videnť q̄ pari affectu oēs diligēdi sunt. sz in effectu. i. in exhibitiōe obsequij distinctio obseruāda sit. Vñ aug. Oēs homines eque diligendi sunt: sed cū oīb⁹ prodesse nō possis: his potissime consulendū est qui pro locoꝝ ⁊ temporū vel quarūlibet rerū opoꝛtunitatibus cōstricti⁹ tibi quasi quadam sorte iungunť. Pro sorte enī habendū est quo quisq̄z tibi temporaliter colligatius adheret. Exquo legis potius illi dandū esse Idem sup epistolam ad Gal. Operemur bonū ad oēs: maxīe aūt ad domesticos fidei. i. ad xp̄ianos. Oīb⁹ enī pari dilectione vita eterna optāda est: etsi non omnib⁹ eadem possunt exhiberi dilectiōis officia que fratrib⁹ maxime sunt exhibēda: quia sunt inuicē mēbra que habent eundē patrē. His aliisq̄z testimonijs uel auctoꝛitatib⁹ innituntur qui dicūt oēs homines pariter diligendos esse charitatis affectu: sed in operis exhibitione differentiā faciunt.

¶ Que his repugnare videntur.

QVibus obuiat illud p̄ceptū legis de diligendis parentib⁹ Honoꝛa patrē tuū ⁊ matrē tuam ut sis longeuus sup terrā. Vt q̄d enī specialiter illud acciperet de parentib⁹ nisi maioꝛi dilectione foꝛent diligēdi. Sed hoc illi referendū dicunt ad exteꝛioꝝ exhibitionē in qua p̄ponēdi sunt parētes: Vnde honoꝛa dixit: nō dilige. Obuiat etiam illis illud quod Hiero. sup Ezechielem ait. s. ut oꝛdine charitatis: sicut scriptū est: oꝛdinauit in me charitatē: post omniū patrē deuz: carnis quoq̄z pater diligat ⁊ mater ⁊ filius ⁊ filia ⁊ frater ⁊ soꝛoꝛ. Ambro. quoq̄z diligendi exp̄imēs oꝛdinē sup illud Cāti. ca. j. Oꝛdinauit in me charitatē ait: Vultoꝝ charitas inoꝛdinata est. Quod in primo est ponunt tertiū vel q̄rtū. Primo deus diligēdus est. secūdo parētes. tertio filij. post domestici: qui si boni sunt mal⁹ filijs p̄ponēdi sunt. Sm hoc in euā gelio ad cuiusq̄z dilectionē p̄poꝛiū ponit: Diliges dn̄m deū tuū ex toto coꝛde tuo ⁊ ex totis virib⁹ tuis ⁊ p̄ximū tuū sicut teipsum. ⁊ inimicos non ex tota virtute: non sicut teipsum: sed simpliciter. Sufficit enī q̄ diligim⁹ ⁊ non odio habem⁹. Ecce hic ex p̄missis apte insinuať q̄ in affectu charitatis distinctio sit habēda: ut differēti affectu nō pari boies diligam⁹. ⁊ añ oia deū. secundo nosipsos. tertio parētes. inde filios ⁊ frēs. post domesticos. demū inimicos diligam⁹. Sz inquiūt illi q̄ de oꝛdine dilectōis supza dicunť eē referēda ad opis exhibitionē: q̄ differēter p̄poꝛimis exhibēda sunt. Primo parētib⁹: inde filijs: post domesticis: deinde inimicis. Deuz vo tā affcū q̄z obsequij exhibitiōe añ oia diligēdū.

¶ Q̄ aliqui illoꝝ tradunt tantū p̄ximū quantū nos esse diligendum.

QPoꝛū etiā nōnulli tradūt affectu charitatis tantū p̄ximos esse diligēdos quantū nosipsos diligim⁹. Quod confirmant auctoꝛitate Augus. qui ait Nec illa iam questio moueat quantū charitatis fratri debeam⁹ impendere quantū deo incompabiliter: plus deo q̄z nobis: fratri vo quantū nobis. nos aūt tanto magis diligimus quanto magis diligim⁹ deū. Ex hoc ⁊ ex p̄missis testimonijs aug. asserūt oēs homines pariter diligendos a nobis: ⁊ tantū quantū nos. deum aūt plus q̄z nos. coꝛpus vo nostrū minus q̄z nos uel p̄ximos. Nec in enumeratiōe p̄missa q̄ttuoꝛ diligēdoꝝ oꝛdinē diligēdi assignari dicūt: sz tm̄ q̄ sunt diligēda.

¶ Scōm alios non pari affectu oēs diligēdi sunt.

QVēru quia p̄missa verba Ambro. fm affectum oꝛdinē diligēdi magis q̄z fm effectū diligēter intuētib⁹ explicare videntur. nō indocte alij dicūt nō solūmō exhibitione operis: sz etiā in affectu charitatis oꝛdinē differentē esse statutū ut ante omnia diligam⁹ deū: secundo nos: tertio parētes: q̄rto filios uel fratres ⁊ huiusmodi: postea domesticos: demū inimicos.

¶ Determinatio auctoꝛitatū q̄ videnť aduersari.

QVod vo augu. dicit pariter oēs eē diligendos: ⁊ pari dilectiōe oīb⁹ vitā optādā: ita accipi potest: ut paritas nō ad affectū referať: sz ad bonū quod eis optať: quia charitatē oīb⁹ optare debem⁹ ut paria bona mereāť. Sicut ap̄s dicit Volo oēs boies eē sicut me. Optāda ē enī minoꝛib⁹ perfectio maioꝝ: ut ipsi fiant p̄fecti: ⁊ sic parem mereanť beatitudinē. uel pari dilectione. i. eadem dilectione oēs diligēdi sunt. Itē qō ait ut tantū diligam⁹ fratres quantū nos: ita intelligi pōt. i. ad tantū bonū diligam⁹ frēs ad quātū nos: ut tātū bonū eis optemus in eternitate quantū nobis: etsi non tanto affectu. uel ibi quantū similitudinis est: non quantitatis.

¶ Questio de parētib⁹ malis ⁊ alijs bonis.

SOlet queri si parentes nostri mali sint uel filij uel fratres: an magis uel min⁹ diligēdi sint alijs bonis hac ratione nobis nō copulatis. Videť q̄ magis sint diligēdi boni qui nobis carne nō sunt coniūcti q̄z alij carne coniuncti: quia nobis sunt coniūcti coꝛde glutino charitatis. Sanctioꝝ est enī copula coꝛdiū q̄z coꝛpoꝝ. vñ Beda de illis vbis dn̄ini Mater mea ⁊ fratres mei hi sunt qui verbū dei faciūt: ait. Non iniurioſe negligit matrē. nec mater negatur que etiam de cruce agnoscitur: sed religioſioꝛes monstranť copule mentiū q̄z coꝛpoꝛū. verūtamen latebꝛosa questio ē hec: nec a nobis plene absoluēda p̄operantib⁹ ad alia. Mouemur enī sup illis verbis Inimicos nō ex tota virtute: non sicut teipsum iubet diligere: sz simpliciter. Sufficit enī q̄ diligimus ⁊ nō odio habemus. Quod non ita est accipiēdū quasi sufficiat tibi diligere inimicū ⁊ non sicut teipsum: quia oēs ⁊ amicos ⁊ inimicos sicut teipsum diligere debes. Sed ad ostendendū gradus diligendi deū ⁊ p̄ximū ⁊ inimicū: qui tamē p̄ximus est. quia dn̄s ponit cū ait Diliges deū ex tota virtute: ⁊ p̄ximū tuū

ſicut teipſum. nō ait ex tota virtute ut oſtendat pri
mū diligendū mino q̄z deum. Dicit etiam diligite
inimicos veſtros: nec addit ex tota vtute: nec ſicut
teipſum: ſed ſimpliciter: Sufficit enī q̄ diligimus
& non odio habemus. i. ſufficit dicere ut diligam⁹
& non odio habeam⁹. non quin eos diligere debea
mus ſicut nos: quia proximi ſunt: ſed ſufficit ſi eos
minus diligim⁹ q̄z alios proximos: quod dilectio
nis genus innuit.

¶ Queſtio auguſtini in libro retractationū.

Queri etiam ſolet cur dñs preceperit dilige
re inimicos: cū alibi precipiat odio habe
re parentes & filios. Ad quod dicendū eſt
duo eſſe diligēda in homine: naturā & virtutē. vitia
vo & peccatū eſſe odiendū. Et parentes ergo inq̄n
tum mali ſunt odiēdi ſunt: & inimici diligendi in
quantum homines. Diligamus ergo inimicos lu
crandos regno dei: & odiamus vitia in ꝓpinq̄s q̄
nos impediūt a regno dei. & in oīb⁹ cōiter naturā
diligamus quā deus fecit.

¶ De gradibus charitatis.

Sciendum quoq̄z eſt diuerſos eſſe gradus
charitatis. Eſt enī charitas incipiens pro
ficiens perfecta & perfectiſſima. vnde aug.
Perfecta charitas hec eſt: ut quis paratus ſit pro
fratribus etiam mori. Sed nunquid mox ut naſci
tur etiā prorſus perfecta eſt: imo ut proficiatur na
ſcitur: cum fuerit nata nutritur: cum fuerit nutrita
roboratur: cum fuerit roborata perficitur: cum ad
perfectionem venerit: dicit Lupio diſſolui &c. Hic
aperte progreſſus & perfectio charitatis inſinua
tur: quam perfectionem etiam veritas cōmendat
dicens Maiorem hac dilectionem nemo habet q̄z
ut animā ſuaz ponat quis pro amicis ſuis. Quod
dictum vtiq̄z eſt de opere dilectiōis: quia maior di
lectionis: quia maior dilectionis effectus nō eſt q̄z
ponere animaz pro alijs. Nec te moueat quod ait
pro amicis. Qui enim ponit animam pro amicis
& pro inimicis ponit: ad hoc ut & ipſi fiant amici.

¶ Poſtq̄ determinauit magiſter quid eſſet ex caritate di
ligendum. Hic determinat de ordine charitatis. Diuiditur
aūt hec pars in duas. In prima determinat de ordine cha
ritatis reſpectu diligibiliū quantū ad quālitatē dilectiōis.
In ſecūda quantū ad quantitatē meriti. diſ. xxx. ibi: Hic q̄
ri ſolet. Prima pars diuiditur in duas. In prima determi
nat de ordine charitatis quantū ad diuerſos gradus diligi
biliū. In ſecūda quantū ad diuerſos reſpectu ſtatus ipſi⁹ di
ligentis. ibi: Sciendū quoq̄z &c. Prima in duas. In prima
determinat ordinē charitatis reſpectu diligibiliū. In ſecū
da mouet quaſdā queſtiones circa determinata. ibi: Solet
queri &c. Circa primū duo facit. Primo oſtēdit charitatez
habere ordinē. Secūdo oſtēdit ſm quid attēdendus ſit or
do iſte. ibi: Unde & ſup hoc ſepe &c. Et circa hoc duo facit.
Primo ponit diuerſas circa hoc opiniones. In ſecūda de
terminat quid ſibi videat. ibi: Uerū quia p̄miſſa &c. Circa
primū duo facit. Primo ponit queſtiones diuerſas & ratio
nes earū. Secūdo oſtēdit quomō. Prima opinio rōnibus
alterius partis reſpōdet. ibi: Sed inquiūt illi &c. Circa pri
mū duo facit. Primo ponit opinionē illoz qui dicūt ordi
nem charitatis attendendū ee ſolum ſm effectū. Secundo
illoz qui dicūt etiā ſm affectū attendēdū eſſe. ibi: Quibus
obuiat &c. Sed inquiūt illi hic oſtendit qūo prima opinio
rñdet rōnibus alterius partis. Et circa hoc duo facit. Primo
oſtendit qūo prima opinio reſpōdet rōnibus ſecūde. In ſe
cunda oſtendit qūo prima opinio addit inequalē dilectio
nē eſſe impendendā proximo quantū ad effectū ſicut & ſibi
ipſi. ibi: Quoz etiā nonnulli. Solet aūt queri &c. Dic mo
uet quaſdaz queſtiones circa veritatē determinatā. Et di
uidit in duas partes ſm duas queſtiōes quas mouet. Se
cunda incipit ibi: Queri etiā ſolet &c. ¶ Queſtio prima.

Hic queruntᵉ octo. Primo vtrū charitatis ſit habe
re ordinē. Secūdo vtrū ille ordo ſit attendend⁹ ſm
affectū vel effectū ſimul: vel ſm affectū tm̄. Tertio
vtrū deus ſup oīa diligēdus ſit. Quarto vtrū eius dilectio
admittat intuitū alicui⁹ mercedis. Quinto vtrū proximos
quantū noſipſos diligere debeam⁹. Sexto vtrū inter proxi
mos propinqui extraneis preferendi ſunt. Septimo de or
dine propinquoz ad inuicē. Octauo de pfectiōe charitatis
& gradibus enumeratis.

Ad primū ſic procedit. videtur q̄ charitas ordinem
non habeat. Berñ. enī dicit q̄ amoz gradū neſcit:
dignitatē nō conſiderat. ſed omnis ordo habet ali
quē gradū: ergo in charitate nō eſt aliquis ordo. ¶ Ꝑ phs
dicit q̄ amicicia equalitas quedā eſt. ſed equalitas eſt vni
formis diuerſitatē non patiens ſicut nec vnitas diuiſionez:
ergo charitas non habet ordinem. ¶ Ꝑ ordinare rōnis eſt
cuius eſt conferre. ſed charitas non eſt in ratione ſed in vo
luntate que non eſt vis collatiua: ergo in charitate non eſt
ordo. ¶ Ꝑ ordo diſtinctionē requirit. ſed charitas eſt ma
gis vnitiua inter alias virtutes: cū ergo in alijs virtutib⁹ nō
aſſignet ordo neq̄z in charitate aſſignari debet. ¶ Ꝑ omne
illud quod pertinet ad actū virtutis ſicut circūſtantia q̄daz
neceſſaria cadit ſub precepto. ſed ordo dilectionis nō cadit
ſub precepto: quia ex quo impendo alicui q̄ debeo lex non
prohibet quin illi cui non teneoz plus impendā. ergo ordo
dilectionis non eſt circūſtantia debita in charitate. ¶ Sed
cōtra. ſicut Dio. dicit. iiij. ca. de di. no. malū hoīs eſt extra bo
nū rationis eſſe. ſz malū hominis eſt cōtra virtutē eſſe. ergo
in qualibet virtute oportet bonū rationis eſſe. ſed bonū ra
tionis eſt q̄ bō faciat ordinate vnūquodq̄z quod facit. cum
ergo charitas ſit virtus: oportet q̄ ordinē habeat. ¶ Ꝑ act⁹
virtutū variaī ſm exigētiā obiectoz. ſed obiectū charitatis
quod eſt bonū ordinē habet: cū quoddā ſit melius altero: q̄
& charitas debz ordinē habere. ¶ Ꝑ vbicūq̄z vnū eſt ꝓpter
alterū ibi eſt aliquis ordo. ſz charitas diligit aliq̄d ꝓpter
alterū ſicut omnia ꝓpter deū: ergo charitas ordinē habet.
¶ R⁰ dicendū q̄ in quolibet actu virtutis oportet eſſe mo
dū: quia nō eſt iuſtus aliquis niſi iuſta iuſte faciat. modus
autē in actu virtutis eſt ex cōmenſuratione potētie ad obie
ctum vt ab eodem a quo ſpeciē habet menſurā recipiat. ob
iectū aūt charitatis bonū eſt hoc modo q̄ bonū ſimpliciter
vt dicit phs in. viij. ethi. eſt amabile ſimpliciter: vnicuiq̄z aūt
ꝓpriū bonū. vnde cū in hoc contingat eſſe magnā diuerſi
tatē & gradus diuerſos ſm q̄ vnū eſt altero melius vel ma
gis propinquū: oportet q̄ etiā & actus dilectionis ordinem
habeat ad hoc q̄ ſit virtuoſus. ¶ Ad primū g̃ dicēdū q̄ in
amore poteſt accipi duplex gradus. Unus diligibilis ad di
ligibile. & de hoc gradu loq̃mur. Alius gradus diligētis ad
diligibile. & de hoc loquit Berñ. Hūc tñ gradū quodāmō
ſcit amoz quodāmō neſcit. ſcit quidē ex̄tū ad exteriorē effe
ctū: quia nō eadē ſuperiorib⁹ & equalib⁹ impēdit. ſz neſcit
ex̄tū ad affectū inq̄ntū vnit amantē amato: & interdū aliq̄d
de affectu in effectu relucet: vt. ſ. ad ſupiorez nos magis cō
fidenter habeam⁹: & ad inferiorez magis ſociabunt. ¶ Ad
ſecundū dicendū q̄ amicicia non cōſiſtit in equalitate eq̄
parātie ſolū: quia poteſt eſſe ad ſuperiorez inferiorez & eq̄
les: ſed conſiſtit in equalitate proportionis: que quidē eq̄li
tas diuerſitatē nō refugit q̄ntitatis ſicut eadē proportio. ſ.
ſexqui: altera eſt triū ad duo & ſex ad quatuoz q̄uis inequa
lis ſit quantitatis exceſſus. ¶ Adtertiū dicendū q̄ actus ra

tionis dilectionē precedit. prioza autē aliquid sui in poste/riozib⁹ relinquūt. ꝛ ita ozdo quē facit ratio in dilectione in/uenīt vt dilectio sit ozdinata: nō ꝙ ipsa ozdinē faciat: sed qz inozdinata bona p rationē accepta ozdinate tēdit. ¶ Ad q̄r tū dicendū ꝙ alie virtutes ozdināt hominē in seipso sicut fi des tempantia ꝛ huiusmodi. iusticia vo ozdinat ad aliū sm ꝙ equatur ei q̄tū ad res circa quas est iusticia. sed charitas ozdinat ad aliū sm ꝙ vnit per affectū q̄tū ad ipsum. ꝛ ideo prozpriū obiectū charitatis est ipa rationalis natura ad quā charitas habēda est in qua plurimi gradus inueniunt. ꝛ iō magis assignat ozdo in charitate q̄ in aliqua alia virtute. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ in vno genere non potest esse nisi vnū summū. ꝛ ideo si diligo aliquid quasi vltimū finem nō possum deū diligere quasi vltimū finē. ex hoc ergo ipso ꝙ alterū quod est min⁹ diligendū equipero in dilectione ei ꝙ diligendū est magis non totū dilectionis ꝙ debeo impen/do ei ꝙ magis diligendū est. ꝛ similiter etiam patet in alijs. vnde charitas ozdo est in precepto: ꝛ peccat qui prepostere agit vt in littera dicit.

Ad secūdū sic ꝓcedit. videt ꝙ ozdo charitatis nō sit attendendus sm affectū sz sm effectū tm̄. sicut enim prima veritas cui innitit fides est vna in omnibus ita summa bonitas cui innitit charitas vna est. sed fides eq̄ liter certa est de omnibus que ex fide creduntur: ergo ꝛ chari tas equaliter afficitur ad oīa que ex charitate diligit. ¶ p̄ actus mēsurat sm rationē obiecti. sed q̄tus plura sint que ex charitate diligant: tamē in omnib⁹ est vna ratio dilectio nis. s. diuina bonitas que est obiectū charitatis. ergo ad oīa que ex charitate diligunt est equalis affectio. ¶ p̄ quāto aliquis ad alterū magis afficitur tanto maius bonū ei desi/derat. sed omnib⁹ que ex charitate diligim⁹ idē bonū opta/mus: vel de habito complacet nobis. s. vita eterna. ergo eq̄li affectione omnes diligunt. ¶ p̄ ozdo charitatis est in pre/cepto. non autē est in precepto q̄tū ad affectū: quia dum ex hibeam vnicuiq̄ quod sibi debeo etiam sine affectu faciam non sum reus p̄cepti. ergo ozdo charitatis non attendit sm affectū tm̄. ¶ p̄ vbi est maioz affectus est etiam maius me ritum: quia meritū sm radicē charitatis mensurat. sed non magis meret homo in dilectione propinquoz q̄ alioz: vel etiam suipsius q̄ alioz. ergo ozdo amoris non est accipien dus sm affectū. ¶ Sed ō. Greg. dicit ꝙ ꝓbatio dilectionis est exhibitio opis. si ergo sm effectū est ozdo oportet ꝙ etiā sit sm affectū. ¶ p̄ bonū est obiectum charitatis q̄tū ad af fectū. sed ozdo charitatis vt dictū est attendit sm diuersitatē bonoz. ergo charitas habet ozdinē non solum sm effectum sed etiam sm affectū. ¶ p̄ sicut charitas principaliter respi cit affectū: ita benificētia respicit effectū. si ergo ozdo eet so/lū sm effectū: non esset hec ozdinatio charitatis: sed solū be/nificētie: quod est contra auctozitatē canticozū in littera in/ductam. ¶ R° dicēdū ꝙ effectus exterioz non pertinet ad charitatē nisi inquātū ex affectu procedit in quo primo est charitatis actus. Unde si esset ozdo in effectu tm̄ attendend⁹ ozdo ille nullo modo ad charitatē pertineret: sz ad alias vir/tutes magis sicut ad liberalitatē vl misericozdiā. vnde cum charitas ozdinata perbibeat oportet ꝙ ozdo in affectu ob/seruetur: ꝛ ex affectu in effectū procedat nō hoc modo ꝙ ei qui plus ex affectu diligitur magis in effectu impendatur: sed ꝙ homo sit paratus magis impendere si necesse fozet qz q̄libz qui diligunt nostris auxilijs non indiget. ꝛ hoc etiaz patet per simile in natura: quia vnicuiq̄ rei naturali tantuz inductū est a causatoze de amoze naturali erga aliq̄d quan/tū necessariū est vt effectū circa id exhibeat. ꝛ sīr sm gradū qui necesse est vt obseruet in effectu ozdo affectus lege diui na impat. ¶ Ad primuz ergo dicendū ꝙ obiectū fidei non est veritas prima sm ꝙ est in re existens tm̄: sed sm ꝙ est no bis diuinitus annūciata: quia fides ex auditu est. ꝛ ideo qz oīa que sunt fidei annūciata sunt nobis eodem modo: ideo equalis certitudo de eis habetur. sed charitatis obiectū est bonū sm ꝙ est in rebus. ꝛ ideo cū in diuersis rebus diuersi/mode diuina bonitas inueniat: oportet ꝙ diuersimode af/fectio nostra in illa transeat. ¶ Ad secundū dicēdū ꝙ q̄tus sit eadem ratio cōmunis diligēdi in omnib⁹: tamen illa ra/tio nō equaliter participatur in singulis: ꝛ ideo nec equalis affectio eis debetur. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ intensio actus precipue in actibus anime que non necessario sm totū suū posse agit: sicut naturalia non mensurantur ad quantitatez obiecti tm̄: sed ad efficaciā agētis ꝛ conatū in agendo. vnde nō melius videt qui maiozem rem intuetur sed qui clarius videt: ideo etiam non oportet ꝙ equaliter afficiar ad illud cui equale bonū desidero. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ ille qui impendit ꝙ debet alicui sine affectu q̄tus non sit reus pre/cepti ꝙ est de actu iusticie: est tamen reus precepti ꝙ est de actu charitatis. vnde Roma. j. sic vitiū reputat sine affectio/ne esse. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ de quantitate meriti dili/gibilium diuersoꝝ questio erit in sequenti distin. ꝛ ideo ibi reseruetur.

Ad tertiuz sic procedit. videtur ꝙ deus non sit supra omnia diligēdus ex charitate: quia sicut dicit Dio. iiij. ca. de di. no. amoz est vnitiua virtus. sed magis est sibi vnusquisq̄ vnit⁹ q̄ deo. ergo magis ex charitate de bet se diligē q̄ deū. ¶ p̄ phs dicit in. viij. ethic. ꝙ vnicuiq̄ est amabile ꝙ est sibi bonū. sed quicquid diligitur propter hoc ꝙ ē sibi bonū propter seipsum diligit: homo ergo q̄cq̄d diligit propter seipsum diligit: ergo se magis diligit omni/bus que diligit: ꝛ ita non diligit deum supra omnia. ¶ p̄ phs dicit in. ix. etbi. ꝙ amicabilia que sunt ad alterū veniūt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. sed primū in quolibz genere est potissimū: ergo amoz quē quisq̄ habet ad seipm est potioz amoze quem habet ad alterum. ꝛ ita quisq̄ plus seipsum q̄ deum diligit sm naturam: ꝛ ita etiam sm charis/tatem: cū gratia naturā nō destruat. ¶ p̄ sicut dicit Gzego. ꝓbatio dilectionis est exhibitio operis. sed tantū quisq̄ facit pro gratia conseruanda sine beatitudine creata baben da quantū pro deo: ergo tantū diligit quis gratiam vel bea titudinē creatā quantū deum. sz dilectio qua dicimur dili/gere virtutem vel aliquid accidens refertur ad ipsum subie ctum accidētis cui desideratur illud accidens. ergo tantum quisq̄ diligit se habēs charitatē quantū deum. ¶ p̄ tantū quisq̄ diligit proximū quantū diligit deum in ipso. sz quā/tum quisq̄ diligit deū in se tantū diligit deum in proximo vel in seipso: quia deus non est melioz in se q̄ vbicunq̄ est. ergo tantū quisq̄ diligit seipsum vel proximū quantū dili/git deū. ꝛ ita non diligitur deus ex charitate super omnia. ¶ Sed contra. finis magis diligendus est his que sunt ad finem. sed deus est finis omniū diligibiliū ex charitate: er/go ipse est maxime diligēdus. ¶ p̄ vnicuiq̄ est diligibile prozpriū bonū sm phm. sed deus est maius bonū q̄ aliquid aliud: ꝛ est prozpriū magis alicui q̄ aliq̄d aliud: quia est ma gis intimū anime q̄ etiam ipsa sibi vt dicitur in libzo de spi ritu ꝛ anima. ergo deus super omnia diligend⁹ est. ¶ p̄ qō est causa alioz in vnoquoq̄ genere maximū est in genere il lo vt dicit in. iij. metha. sed deus est causa ꝛ ratio quare oīa ex charitate diligantur: quia diuina bonitas est per se obie ctum charitatis: ergo magis diligēdus est deus q̄ aliquid aliud. ¶ R° dicendū ꝙ cum obiectum amoris sit bonū du pliciter aliquis tendere potest in bonum alicuius rei. Uno modo ita ꝙ bonū illius rei ad alterū referet: sicut ꝙ bonum vnius rei optat alteri si non habet: vl complacet sibi si habz. sicut amat quis vinū inquantū dulcedinē vini preoptat: et in hoc gaudet ꝙ eo. fruatur: non ꝙ vinū ipsum habet. ꝛ hic amoz vocatur a quibusdam amoz concupiscētie. amoz autē iste non terminatur ad rem qui dicit amari: sed reflectitur ad rem illam cui optatur bonuz illius rei. Alio modo amoz fertur in bonū alicuius rei: ita ꝙ ad rem ipsam terminat in/quantū bonū quod habet complacet ꝙ habeat: ꝛ bonū qō non habet optatur ei. ꝛ hic est amoz benivolentie qui est p̄n

cipium amicicie vt dicit phs in.ix.ethi. Unde gradus charitatis fm hunc modum amoris attendendi sunt: quia charitas amiciciam includit vt supra dictū est. bonū autē illud vnusq̄sq̄ maxime vult saluari quod est sibi magis placens: quia hoc est appetitui informato per amorem magis cōformi: hoc est autē suū bonū. vnde fm q̄ bonū alicuius rei est vel estimatur magis bonū ipsius amantis: hoc amans magis saluari vult in ipsa re amata. bonū autē ipsius amantis magis inuenitur nisi perfecti⁹ est. & ideo quia pars quelibz imperfecta est in seipsa: perfectionē autē habet in suo toto: ideo etiam naturali amore pars plus tendit ad conseruationem sui totius q̄ sui ipsius. Unde etiaz naturaliter animal opponit brachium ad defensionē capitis ex quo pendet salus totius. Et inde est etiā q̄ particulares homines seipsos morti exponunt pro conseruatione cōmunitatis cuius ipsi sunt pars. quia ergo bonū nostrum in deo perfectū est sicut in causa vniuersali prima & perfecta bonorū: ideo bonuz in ipso esse magis naturaliter cōplacet q̄ in nobisipsis. & ideo etiā amore amicicie naturaliter de⁹ ab homine plus seipso diligitur. & quia charitas naturā perficit: ideo etiā fm charitatē deum supra seipsuz homo diligit: & super omnia alia particularia bona. charitas aūt supra naturalem dilectionē ipsius addit quandā associationē in vita gratie vt supra dictum est. Quidam autē dicunt q̄ aliquis naturaliter amore concupiscentie deū plus seipso diligit inq̄ntū diuinū bonū est sibi delectabilius. sed amore amicicie plus seipsuz naturaliter q̄ deū diligit dum plus se vult esse & viuere: & habere aliqua bona q̄ deum. sed charitas ad hoc naturam eleuat vt etiā per amiciciam aliquis plus deū diligat q̄ seipm. Sed prima opinio pbabilior est: quia inclinatio nature hominis inq̄ntū est homo nunq̄ contradicit inclinationi virtutis: sed est ei cōformis. ¶ Ad pmū igit̄ dicendū q̄ amor non est vnio ipsarū rerū essentialiter sed affectuū. non autē est inconueniēs vt illud quod est min⁹ coniūctū fm rem sit magis coniūctū fm affectū dum plerūq̄ ea que realiter nobis coniuncta sunt nobis displiceant: & ab affectu maxime discordent. sed amor ad rerū vnionē inducit quantū possibile est: & ideo amor diuin⁹ facit hominē fm q̄ possibile est non sua vita sed dei viuere. sicut Apostolus dicit Gal. ij. Viuo ego iam non ego viuit vō in me christus. ¶ Ad secundū dicendū q̄ q̄uis vnicuiq̄ sit amabile q̄ sibi est bonū: nō tn oportet q̄ propter hoc sicut propter finem ametur quia est sibi bonū: cum etiam amicicia non retorqueat ad seipsum bonū q̄ ad alterum optat. diligimus enī amicos etiam si nihil nobis debeat inde fieri. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ amicabilia que sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum: non sicut ex causa finali sed sicut ex eo quod est prius in via generationis: quia sicut quilibet sibi prius est notus q̄ alter & q̄ deus: ita etiā dilectio quaz quisq̄ habet ad seipsum est prior ea dilectiōe quā habet ad alterū in via generationis. ¶ Ad q̄rtū dicēdū q̄ opera nostra proprie loquendo non proportionant̄ affectioni qua ipsum in seipso diligimus: quia ex nostris operibus nihil ei accrescit vel accrescere potest. sed si esset possibile q̄ ex nostris operib⁹ aliquid ei accresceret habens charitatem: multo plura faceret propter beatitudinē ei conseruandā q̄ propter eam sibi adipiscendam. ¶ Ad quintū dicendū q̄ deus vbiq̄ equaliter diligitur: tamen diuinū bonum in isto esse non est tantum amabile sicut ipsum esse in deo: quia non eque perfecte in omnibus est.

Ad quartū sic procedit. videtur q̄ non possit in dilectione dei haberi respectus ad aliquam mercedem: quia Jo. x. mercēnarius vituperatur. sed mercēnarius dicitur qui mercedem querit. ergo dilectio dei ex charitate non admittit respectum mercedis. ¶ Augustinus dicit Deo licz sine premio seruiri non possit: tamen sine intuitu premij seruiēdū est. sed premiū nihil aliud est q̄ merces laboris: ergo sine respectu mercedis deo seruiendū est. ¶ amicicia ciuilis q̄uis habeat multas dilectiones & vtilitates: tamen ad eas non respicit sed supra honestum fundatur. sed amicicia charitatis magis est honesta q̄ amicicia ciuilis. ergo nec ipsa ad aliquaz vtilitatem respicit. ¶ merces est finis eorum que propter mercedem fiunt. sed finis diligitur magis q̄ ea que sunt ad finem. si ergo de⁹ propter aliquaz mercedem diligeretur aliquid aliud magis diligeretur deo: qō est contra rationem charitatis. ¶ sicut per charitatem homo adipiscitur premiū: ita etiam fugit et penam. sz charitas expellit timorem pene maxime si sit perfecta: ergo videtur q̄ etiā excludit intuitū mercedis. ¶ Sz contra. sicut dicitur in glo. Matth. j. spes generat charitatē. sed spes est expectatio mercedis: ergo charitas potest esse cum intuitu mercedis. ¶ Hebre. xj. dicitur de sanctis patribus q̄ aspiciebant in remunerationez. sed constat q̄ ipsi diligebant deum ex charitate. ergo dilectio dei ex charitate compatitur intuitum mercedis. ¶ amicoruz est q̄ quorant inuicē perfrui. sed nihil aliud est merces nostra q̄ perfrui deo videndo ipsum. ergo charitas non solum excludit: sed etiam facit habere oculum ad mercedem. ¶ Ad⁹ dicendum q̄ merces proprie dicitur premium quod quis ex labore vel aliquo opere meretur. premiū autē est qō alicui in bonum eius redditur. vnde merces inquantuz huiusmodi importat aliquid referibile per amorē ad id cui merces redditur. Mercedem enī aliquis propter seipsum amat: nō tamen est de ratione mercedis q̄ sit intentionis finis: quia plerūq̄ aliquis mercedem ex opere non querit cui merces datur. ea autem que propter se aliquis diligit vel sunt pfectiones illius formaliter: sicut sanitas virtus operatiua dilectio & huiusmodi. vel sunt effectiua vel conseruatiua horum aut contrariorum prohibitiua. Unde si aliquis amat aliud extra se propter seipsum illud potest dici merces inquantū ex eo aliq̄d in ipso relinquitur vel conseruatur. sed sicut supra dictum est de ratione amicicie est q̄ amicus sui gratia diligatur. vnde amicus non habet in amicicia rationem mercedis proprie loquendo q̄uis ea que ex amico in nobis fiūt rationem mercedis habere possint: sicut delectationes & vtilitates quas ex ipso amans consequitur: ratione quarū ipse amicus merces dicitur quasi causaliter: sicut dicitur deus merces nostra ratione eorum que ex ipso in nobis sunt. patet ergo q̄ ponere mercedem aliquam finem amoris ex parte amati est contra rationem amicicie. Unde charitas per hunc modum oculum ad mercedem habere nō potest. hoc enim esset deum non ponere vltimū finem: sed bona que ex ipso cōsequitur. Sed ponere mercedem esse finem amoris ex parte amantis: non tamen vltimuz prout. s. ipse amor est quedam operatio amantis: non est contra rationem amicicie: quia ipsa amoris operatio cum sit quoddā accidens nō dicitur amari nisi propter suum subiectum vt ex dictis patet. & inter ea que propter se aliquis diligit potest esse ordo salua amicicia. vnde & ipsam operationem amoris possum amare non obstante amicicia propter aliquid aliud. erit tamen contra rationē virtutis si virtutis operatio propter aliquid aliud virtute inferius cuiusmodi sunt temporalia bona diligatur. patet ergo q̄ habēs charitatem non potest habere oculum ad mercedem vt ponat aliquid quodcūq̄ finē amati. s. dei. hoc enim esset cōtra rationem charitatis vt est amicicia quedam. Nec iterum vt ponat aliquid bonū temporale finem ipsius amoris: quia hoc est contra rationem charitatis vt est virtus. potest tamē habere oculum ad mercedē vt ponat beatitudinē creatā finē amoris: non aūt finē amati. hoc enī nec est ꝺ rationē amicicie nec ꝺtra rationē virtutis cū beatitudo virtutū sit finis. ¶ Ad pmū ergo dicendum q̄ mercēnarius ibi dicitur qui opus speciale propter mercedem temporalem exercet. ¶ Ad secundum dicendum q̄ sine intuitu premij seruiendum est ita q̄ premium non ponatur finis eius quod amatur & cui seruit: sed q̄ ponatur finis ipsius seruitij vel amoris. ¶ Ad tertium dicen-

dum q̄ amicicia non respicit delectationes ⁊ vtilitates amicorū quasi finem propter quam amicus amat. ¶ Ad quartum patet solutio per ea que dicta sunt. ¶ Ad quintum dicendum q̄ bonum de quo est spes magis est consonū amori q̄ malum de quo est timor. ⁊ ideo q̄uis perfecta charitas foras mittat timorem pene: non tamen oportet q̄ foras mittat intuitum mercedis.

Ad quintum sic proceditur. videtur q̄ homo ex charitate non debeat seipsum magis q̄ proximum diligere. Illud enī propter quod aliud relinquitur magis amatur. sed charitas facit hominē seipsum relinquere quodāmodo ⁊ amato inherere: quia ꝓphon. dicit q̄ amor ponit hominez extra se: ⁊ collocat eum in amato. ergo plus amat amicum q̄ se. ¶ Ꝑ deum magis q̄ nosipsos diligimus inquantum bonum nostrum perfectius in eo q̄ in nobis inuenit. sed similiter perfecti⁹ inuenitur in aliquo primorū q̄ in nobis qui bona que nos habemus perfecti⁹ habent: ergo debemus magis proximū q̄ nosipsos diligere. ¶ Ꝑ illud quod aliquis maxime in seipso diligit est viuere ⁊ esse. sed charitas facit ponere vitam corporalem pro fratribus. quidam enim gentiles pro amore amicorū se morti exposuerunt sine aliqua spe vite eterne. ergo amicicia ⁊ charitas facit magis diligi proximū q̄ seipsum. ¶ Ꝑ illos magis diligimus quorum bona magis optamus: ⁊ mala magis vitamus. ⁊ sicut dicit philosophus in. ix. ethi. in tristitijs amicos tarde vocandum: ad eorum aūt tristitias prompte eundem: Jn letitijs autē econuerso: quia eos prompte vocandum difficulter ad eorum letitias se ingerendum. ergo charitas facit magis amare proximos q̄ seipsos. ¶ Ꝑ beneficentia est effectus charitatis. sed magis laudantur qui sunt benefici ad amicos q̄ qui sunt benefici ad seipsos. ergo charitas facit magis amare proximos q̄ seipsum. ¶ Ꝑ amicicia facit hominem gaudere de conuersatione cum amicis. sed homo magis delectatur de conuersatione ad amicos q̄ de cōuersatione sui ad seipsum: ergo plus amicos et proximos q̄ seipsum diligit. ¶ Sed contra. q̄nto q̄s amat salutem alicuius tanto vitat peccatum eius⁹ sed homo magis debet vitare peccatum suum q̄ peccatum alterius: ergo magis debet amare vitam suam q̄ salutē alterius. ¶ Ꝑ misericordia ex amore causatur. sed homo debet incipere misereri a seipso sm q̄ dicit Augusti. ergo ⁊ a seipso debet incipere amorem. ¶ Ꝑ illud quod est naturale vehementius est q̄ illud quod est voluntarium tm̄. sed amor sui est ex inclinatione nature. amor autē aliorum est ex voluntate rationis tm̄. ergo ex charitate homo plus seipm q̄ alios diligit. ¶ ℟ᵒ dicendū q̄ sicut aliquid inuenit perfectius in causa perfecta ⁊ in vniuersali q̄ in effectu particulari: ita aliquid perfectius inuenitur in re q̄ in sui similitudine. vnde cū bonum proprium alicui⁹ inueniatur in deo sicut in causa vniuersali: in se autē sicut in effectu: in proximo autē sicut in similitudine sicut deum plus q̄ seipsum diligere debet benivolentie dilectione: ita etiam plus se q̄ proximū. sed sciendum q̄ cum in homine sit duplex natura. s. interior videlicz rationis que dicitur homo interior: ⁊ exterior. s. natura sensualis que dicitur homo exterior plus homo debet diligere se q̄tū ad naturam interiorem q̄ q̄tū ad naturā exteriorem. ⁊ iō ea q̄ sunt bona nature interioris plus debet optare q̄ ea que sunt bona sibi sm naturā exteriorem. omnia autē opera virtutis sunt sibi bona sm interiorem naturam interque etiam sunt illa que quis ad amicū operatur. ⁊ ideo plura bona exteriora sunt impēdenda amicis q̄ nobisipsis inquantū consistit in hoc bonū virtutis quod est nostrū maximū bonū. sed de bonis spiritualibus semper plus nobis q̄ amicis impendere debemus ⁊ velle: ⁊ similiter etiam a malis vitandis. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ in amore amatū vt amatum potius est q̄ amans vt amans. sed quia amans est etiā amatū a seipso: ideo poti⁹ potest esse in amore inquantum est amatum q̄ amatū extrinsecū: ⁊ magis colloca tur in ipso affectus amātis q̄ in exteriori amato. ¶ Ad secundū dicendū q̄ q̄uis bonū quod ego habeo possit in proximo perfectius inueniri q̄ in meipso: tamen in me semper inuenitur perfectius vt proprium: quia bonū quod est in ipso non est meū nisi per similitudinē. bonū autē quod est in deo est meum etiam sm causam. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ tradere seipsum morti propter amicū est perfectissimus actus virtutis: vnde hūc actū magis appetit virtuosus q̄ vitā ꝓpriā corporalē. vnde q̄ aliquis vitaz propriā corporalē propter amicū ponit nō⁹ contingit ex hoc q̄ alq̄s plus amicū q̄ seipm diligat: sed quia in se plus diligit quis bonū virtutis q̄ bonū corporale. ¶ Ad quartū dicendū q̄ in hoc ipso q̄ homo non vult esse onerosus amico tristitias suas cōmunicando eidem: sed magis beneficus ⁊ delectabilis sm virtutē operatur. ⁊ ita spirituale bonū plus sibi q̄ amico tribuit. ¶ Ad quintum dicendum q̄ de bonis spiritualib⁹ magis nobis impendim⁹ q̄ amicis. de corporalibus autē magis amicis q̄ nobis ratione iam dicta. ¶ Ad sextū dicendū q̄ conuersatio cum amicis est nobis delectabilis inquantū cognoscimus bonum ipsorum q̄ nobis quasi nostrum complacet. ⁊ quia per visum meli⁹ cognoscunt res q̄z per alium sensum: ideo amici magis se videre desiderant. ⁊ quia magis potest homo cognoscere que sunt alteri⁹ q̄z que propria: ideo magis delectatur in conuersando ad amicū q̄z etiam ad seipm q̄zuis virtuosus ad seipsum delectabiliter cōuerset inq̄ntū in seipso ꝓsiderat memoriā ⁊ ꝓpositū ⁊ spem bonoꝝ q̄ ei delectationē ingerūt vt dicit in. ix. ethi.

mam.contingit autē quandoq; q̄ actus perfecti inueniantur in impfecto fm q̄ iam participat aliquid de perfectiōe sicut aliquid de actu albi est in pallido.q̄ ergo imperfectū ad perfectionē venit actus qui est eius inquantū habet aliquid de perfectione in quam tendebat manet q̄tū ad id qđ est de substantia actus.sed tollitur q̄tū ad id quod erat de imperfectione actus sicut loquela balbucientis pueri tollit̄ q̄n venit ad perfectaz etatē q̄tū ad id quod imperfectionis erat in ipso.manet autē quicq̄d erat de perfectione z substātia loquele.sed motus qui est actus imperfecti q̄n peruenit̄ ad terminum motus non manet q̄tū ad aliquid substantie actus:sed q̄tū ad radicē fm quā motus inerat qui erat proportio quedā z ordo impfecti ad perfectionē.cognitio aūt inq̄ntū huiusmodi importat actū perfecti.z ideo cognitio q̄ habet̄ in statu imperfectiōis manet q̄tū ad id quod cognitionis est imperfectione sublata. Spes autē inquantū tendit in arduū quod est nondū habitū z futurū expectatū est sicut actus imperfecti cū sit q̄n quidam motus.Et ideo cum ad perfectum venerit non manet id quod expectationis aut spei est: sed hoc tm̄ in quo hec expectatio radicabat̄.s.ordo z proportio ipsius hominis ad illa iam habita quor cū nō habebant̄ erat spes.z ideo non ponit̄ aliquid speciale succedens spei:sz tentio siue cōprehēsio beatitudinis q̄ dicit ordinem hominis ad deū iam habitū cui⁹ non habiti erat spes. vnde ordo iste cōmunis est vtrobiq;:z q̄tū ad hunc ordinē spes manet:sed q̄tū ad naturā actus sui transit. Ad p̄mū igit̄ dicēdū q̄ illi qui erunt in penis cū sint remoti a participatione eternitatis erūt semp in motu z successione.z propter hoc poterit esse timor futuri mali.sz illi qui erunt in patria erunt maxime q̄tū ad premiū substantiale in participatione eternitatis.z ideo fm hoc non erit in eis aliq̄d de premio futuri:sed totū simul habent: vnde non remanet in eis spes. Ad secundū dicēdū q̄ illa fames nō importat expectationē futuri:sed aufert fastidium iam habiti.vnde respectu premij substantialis non erit ibi expectatio: sed fruitio plena.sed respectu aliquor accidentaliū vel etiam stole corporis poterit ibi esse expectatio:sed non spes vt supra.xxvij. di.dictū est. Ad tertiū dicēdū q̄ etiam in spe inuenit̄ aliquid quod manet in patria.s.ordo z proportio ad expectatū bonū.sed iste ordo erit perfectus in patria: in via aūt imperfectus propter absentiam eius ad quod est. Ad tertiā questionē dicendū q̄ ablatio alicui⁹ quod est de substātia rei inducit corruptionē rei illius: nō autē sublatio alicuius quod se habet accidentaliter ad rem illam.imperfectio aūt illa quam tollit gloria a fide est substātia fidei z ad speciem eius pertinēs.quod patet ex hoc q̄ accipitur fm rationē obiecti a quo fides speciē recipit. Obscuritas enī quā enigma importat ad gen⁹ cognitionis pertinet.z ideo oportet q̄ remota ista imperfectione substantia z species fidei destruantur:sicut si ab asino remoueat̄ sua irrationabilitas.quia autē fides forma quedā est accidentalis simplex non cōposita ex materia z forma.z ideo ipsa destructa nō remanet aliq̄d fidei idem numero sed idem genere: sicut patet q̄ q̄n ex albo fit nigrū vel ecōuerso manet id qđ coloris est non idem numero color sed idem genē.sz manet eadē lux numero cū sit perfecta z imperfecta:quia illa imperfectio vel perfectio nō pertinet ad speciē lucis:sed accidentalis est. Et sil'r est dicendū de spe in qua etiā quod dictū est magis apparet. Ad primū ergo dicendū q̄ cōe qđ manet in mutatione idez numero est subiectū sz idez genere manet natura generis. z ita in hac transmutatione manet eadē numero aīa:sed visio vl' cognitio idem genere. Ad secundū dicenduz q̄ infozmitas illa nō est de ptinētib⁹ ad spēm fidei sicut impfectio enigmatica.z iō nō est simile.Et sil'r dicendū ad tertiū.

Ad secundū sic procedit̄.videtur q̄ charitas vie euacuet̄.j.Corinth.xiij. Cuz venerit quod perfectū est euacuabitur qđ ex parte est.sed charitas est ex parte: quia illud preceptuz Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo:non totaliter impletur in via vt supra dictum est: ergo charitas euacuabit̄. Pdestructa causa destruit̄ effectus.sed fides generat charitatē: sicut dicitur Math.j.in glosa.cū ergo fides euacuetur z charitas euacuabit̄. Pfides est enigmatica ita z charitas: quia charitas mouet affectum in id quod non per speciem videtur.sed fides que est enigmatica euacuabitur:ergo z charitas. Pmot⁹ cessat cum peruentū fuerit ad terminū.sed charitas est quidam motus mentis in deū: ergo cum ad terminū perueniet̄ charitas cessabit. Pea que sunt vnius rationis vnū in alterum potest proficere si differant fm perfectū z imperfectū. sed charitas vie q̄uis possit crescere:nunq̄ tamē potest peruenire ad modum charitatis patrie:ergo charitas vie z patrie non sunt vnius speciei.z ita videtur q̄ charitas euacuetur. Sed contra.prima Corinth.xiij. Charitas nunq̄ excidit. Ppresentia amati non tollit amorē sed auget.charitas autē est amor dei:ergo quando deum presentem videbimus nō tolletur charitas sed magis augebitur. R⁹ dicendum q̄ amor fm rationem sue speciei non importat aliquid imperfectionis: sed magis perfectionē inquantū importat terminationē affectus:z quandam informationē in re amata.vnde gloria aduenies nihil de his que ad speciē charitatis pertinent tollet: z ideo charitas non destruitur. Ad primū ergo dicendū q̄ illa imperfectio est accidentalis charitati.z ideo ea remota nihilominus charitas eadē numero remanebit. Ad secundū dicēdū q̄ fides est causa charitatis ratione cognitionis.cognitio autē manebit vt dictum est. Ad tertium dicendū q̄ enigma est essentiale fidei:quia pertinet ad rationē proprij obiecti.sed est accidentale charitati:z ideo non est similis ratio. Ad quartū dicendū q̄ amare non dicit motū qui sit actus imperfecti: sed qui est actus perfecti: sicut sentire z intelligere vt dicit philosophus in tertio de anima.z ideo ratio nō sequit̄. Ad quintū dicendū q̄ hoc q̄ charitas vie manens in via nō potest peruenire ad perfectionē charitatis patrie est ꝓpter statū viatoris z non q̄tū ad id qđ est de rōne charitatis inq̄ntū viatoz non possidet pfecte qđ amat.

Ad tertiuz sic proceditur.videtur q̄ ordo dilectionis qui modo est non fuerit in christo nec in sanctis q̄ sunt in patria q̄tū ad dilectionē inimicoz: qz inimici sanctor ad minus post diem iudicij non erunt nisi demones z damnati.sed ad illos non est habenda charitas vt supra dictū est:ergo nō diligeret inimicos. Pin eis erit summa cōformitas voluntatū ad deum.sed deus inimicos sanctoz non diligit sed odit:ergo nec christus z beati suos inimicos diligent. Pquicūq; diligit aliquē ex charitate vult ei bonū vite eterne.sed hoc christus non voluit inimicis nec beati:quia si vellent z fieret: ergo non diligūt inimicos ex charitate. Sed contra.diligere inimicū ad perfectionez charitatis pertinet.sed in christo z in beatis est perfectissima z amplissima charitas:ergo ipi inimicos diligūt Pchristus ex charite dilexit illos pro quibus mortuus est Jo.xv. Maiorem hac dilectionem &c.sed mortuus est pro inimicis Roma.xv.ergo dilexit inimicos: z eadem ratione beati. Ulterius videt̄ q̄ in eis non sit ordo charitatis q̄tū ad se z proximū z propinquos z extraneos. Augustin⁹ in libro de vera religi. Perfecta charitas est vt plus potiora bona z minus minora diligamus.sed in patria erit perfecta charitas: ergo proximū meliorē se plus diligit aliquilibz q̄z seipm̄ z similiter extraneū q̄z propinquū fm carnem. Pin patria erit perfecta conformitas humane voluntatis ad deum.sed deus plus diligit meliorem: ergo et quis plus diligit meliorem q̄z seipsum. Pille plus diligitur cui maius bonū optatur.sed quilibet homo vult maius bonū meliori se q̄z sibi in patria:quia vnicuiq; vult bonū quod habet nec appetit alicui quod non habet: quia sic desideriū non esset quietatū: ergo plus diligit meliorem se q̄z seipsum. Sed contra.gloria perficit naturā.sed ordo

iste est a natura hominis progrediens vt homo se plus alte ro diligat. ergo ꝛ gloria hunc ordinem non auferet. ¶ Ꝑ si aliquis salutē suam negligeret pro salute alterius peccaret. sed in patria non erit aliquid inordinatum: ergo homo ibi semper plus diliget salutē suam ꝙ alterius: ꝛ ita plus ama/ bit se ꝙ alterū. ¶ Ulterius queritꝫ quē xp̄s plus dilexerat petrū vel ioannē. Et videtur ꝙ ioannē Jo. vlti. Uidit illum discipulū quē diligebat iesus sequentē. hoc autē non diceꝫ ꝙ illum tm̄ diligeret: ergo propter eminentiam dilectionis ad ipsum. ¶ Ꝑ dilectio in qua affect⁹ affectui vel signis di/ lectionis non respondet est dilectio similationis. cum ergo christus maiorē familiaritatē ioanni exhibuerit ꝙ petro: ꝛ eius dilectio nullo modo fuerit similata: videtur ꝙ ioannē plus petro dilexerit. ¶ Sed contra ·p̄uerbi. viij. Ego di/ ligentes me diligo. sed plus dilexit petrus vt patet Jo. vlti. ergo ꝛ plus diligebatur. ¶ R⁹ dicendū ad primā questio/ nē ꝙ inimici christi possunt accipi dupliciter. vel ꝙtū ad fi nalē exitū sicut dānati. vl̄ in actu vl̄ in p̄uisione diuina: vl̄ ꝙtū ad p̄sentē statū tm̄: sicut saulus tunc erat. Quantū er/ go ad primos inimicos est eadem ratio dilectionis in chri/ sto que in nobis ad illos quos scimus damnatos: quia na/ turam ipsoꝝ diligimus: ꝛ considerata natura tm̄ eis vitam eternā vellemus. sed considerata iusticia diuina ꝛ eoꝝ me/ ritis eis hoc non volumus: quia iusticiam diuinā plus dili gimus ꝙ eoꝝ naturā. ꝛ prima volūtas est voluntas antece/ dens. secunda est voluntas consequēs. ꝛ ita christus dilige/ bat inimicos qui erant damnati vel dānandi volens eis bo nū voluntate antecedente que nō semper impletur etiā dei volūtas antecedens. sed nō consequēte sicut nec deus. ꝛ ea/ dem ratio est de alijs beatis ꝙtū ad illos qui actu sunt dam nati. Sed de damnādis forte nesciūt de omnibus qui sunt: sed ꝙtū ad alios inimicos fm̄ p̄sentē statū tm̄ diligebat: ꝛ ad eos bona operabatur: quia p̄o eis mortē subijt. Et per hꝫ patet responsio ad obiecta. ¶ Ad secundam questionē di/ cendum ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidam dicūt ꝙ in patria erit deus oīa in omnib⁹ mens tota in deum quiescēs totā rationē dilectionis habebit deū. ꝛ ideo deū sup omnia diliget: ꝛ alios tāto plus quanto erūt deo p̄proximiores etiā alios plus ꝙ se si sunt meliores. Sed illud nō videtur ratio nabiliter dictū: quia vnusquisq; tantū amabit deo frui q̄n/ tum diliget deum. vnde cuꝫ deū super omnia diliget super omnia volet deo frui. ꝛ iō frui deo plus optabit sibi ꝙ alij. vnde videtur ꝙ magis se ꝙ alium diliget. ¶ Ꝑ affectus di/ lectionis nō quiescit in aliquo nisi in p̄prio obiecto. sicut autē p̄priū obiectū amoris est bonū: ita p̄priū subiectū amoris istius hominis est bonū istius: vnde ꝛ deuꝫ summe diliget inquantū est summū bonū suū. vnde non oportet ꝙ tantoaliquē plus diligat q̄nto est simpliciter deo p̄primior: sed quanto est deo p̄rimior inquantū est bonū suum. Et ideo videt̄ probabilius quod alij dicūt ꝙ quilibet ibi plus diliget se ꝙ p̄rimū. Sed de comparatione propinquoꝝ ad extraneos credo ꝙ simpliciter loquēdo plus vnusquisq; diliget extraneū meliorē ꝙ cōsanguineū minus bonū: quia plus attēditur ordo dilectionis ꝙtū ad p̄proximitatē ad deū ꝙ ꝙtū ad p̄proximitatē ad seipsuꝫ q̄uis vtrūq; oportet ꝙ at tendatur. vnde de equaliter bonis plus diligit p̄proximiorē sed de inequalibus diligit meliorem. ¶ Ad primū igit̄ di/ cendū ꝙ intelligendum est ꝙ plus diligit magis bona que etiam sibi sunt magis bona: sicut bona spiritualia ꝙ corpo/ ralia. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ in hoc ipso voluntas no/ stra voluntati diuine conformabitur ꝙ sequetur motuꝫ na/ turaliter sibi impositum a deo. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ voluntate consequēte vult maius bonum alteri ꝙ sibi: sibi autē intensius. sed volūtate antecedente vult sibi maius: sed hoc non impedit quietē desideriꝫ: quia hec voluntas nō est voluntas simpliciter sed conditionata: vel velleitas quedaꝫ ut quidam dicunt. ¶ Ad tertiā questionē dicendū ꝙ sicu/ dicitur petrus plus dilexit christum dilectione que ab ipso in membra diffunditur. sed ioannes plus dilexit dilectione que in christo fuit. Et ideo petro dominꝰ cōmisit curā mē broꝝ: ioanni autē curam matris que ad personam eius spe cialius spectabat. vnde ꝛ petrus a christo plus diligebatur ꝙtū ad affectum interiorem quia donū maioris charitatis erat ei tunc collatum. Sed ioannes magis diligebatur ꝙtū ad signa exteriorisꝫ familiaritatis. ꝛ hoc propter q̄ttuor cau/ sas. Primo quia per ioannē significatur vita contemplati/ ua que familiariorem habet deum ꝙuis actiua sit fructuo/ sior ꝛ laboriosior que significat in petro. Secundo propter etatem: quia iuuenis erat. Tertio propter castitatem. Quar to propter ingenitam mansuetudinē. Et per hoc patet solu/ tio ad obiecta: quia vterq; plus diligebat ꝛ quodāmō plus diligebatur.

Ad quartum sic proceditur. videtur ꝙ sciētia quam mō habemus totaliter tolletur. prima Lozin. xiij. Scientia destruetur, sed accidens quod destruit̄ totaliter tollitur: ergo scientia totaliter tolletur. ¶ Ꝑ fides est magis spiritualis ꝙ scientia. sed fides tollet̄: ergo ꝛ sciē tia. ¶ Ꝑ consideratio scientie est de delectabilibus maxi/ me. si ergo scientia hic acquisita remanet aliq̄s magnus cle/ ricus plus habebit de gaudio ꝙ aliqua vetula que erit ma/ ioris charitat⁹: quod esse videtur impossibile. ¶ Ꝑ illi qui sunt in patria cognoscunt omnia quoꝝ scientiam habue/ runt: ꝛ multo plura ꝛ meli⁹ in verbo. si ergo scientia non est nisi ad cognoscendū frustra in eis preterita scientia remane ret. ¶ Ꝑ habitus ordinat ad actum: ergo vbi actus non re/ manet neq; habitus remanere potest: quia frustra remane/ ret. sed actus sciētie qui modo est non remanebit in patria: quia consideratio scientiarū est in intelligendo cum fantas/ mate non solum in accipiendo scientiam: sed etiam in con/ siderando ea q̄ aliquis iam didicit. Unde leso organo ima/ ginationis impeditur operatio intellectus etiā in alijs que prius sciebat: ergo nec sciētia remanebit. ¶ Ꝑ scientia quā nunc habemus consideratio est collatiua. Sed iste modus conferendi non erit in patria: quia tunc sequeretur ꝙ esset ibi studium ꝛ disputatio: quod est absurdum. ergo scientia hic acquisita non remanebit in patria. ¶ Sed contra. Ma gister in prima distinctiōe secundi dixit: ꝛ philosophi etiaꝫ plures dicunt ꝙ anima posita est in corpore vt scientijs per/ficiatur. sed frustra poneretur ad hoc nisi post corpus ei sci/ entia remaneret: ergo scientia remanebit. ¶ Ꝑ constat ꝙ il li qui sunt in inferno aliquid cognoscūt esse de his q̄ prius cognouerunt: sicut patet de diuite qui suoꝝ memoriam habebat. sed eis non addetur alia cognitio ꝙ hic habuerūt ergo prior sciētia in eis remanebit. ¶ Ꝑ si scientia destrua/ tur cum corpore erit bonum temporale. ꝛ ita studium scien tie computabitur in sollicitudines rerū temporaliū: quod videtur absurdum. ¶ R⁹ dicendū ꝙ in scientia quam mō habemus est tria considerare. s. habitum actum ꝛ modum agendi. Modus autem agendi est vt intelligat cum fantas/ mate: quia in statu vie verum est quod dicit philosophus in tertio de anima ꝙ nequaq; sine fantasmate intelligeret anima non solum quantum ad acquirendam scientiam sed etiam quo ad cōsiderationē eoꝝ que quis iam scit: quia fantasmata se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sen/ sum. actus autē scientie p̄prius est vt cognoscat conclusio nes resoluendo eas ad principia prima per se nota. habitus autem est quedam qualitas hominem habilitans ad hunc actum. Modus autē intelligendi predictus accidit huma/ ne anime ex duobus. Uno modo ex hoc ꝙ anima humana est vltima fm̄ nature ordinez in gradibus intellectus. vnde se habet intellectus eius possibilis ad omnia intelligibilia: sicut se habet materia prima ad omnes formas sensibiles. ꝛ p̄propter hoc non potest in actum exire prius ꝙ recipiat re/ rum species: quod fit per sensum ꝛ imaginationem. Alio modo ex hoc ꝙ est forma corporis. vnde oportet ꝙ opera/ tio eius sit operatio totius hominis. ꝛ ideo cōmunicat ibi

cōptis non sicut instrumentū per quod operetur: sed sicut repzesentans obiectum scilicz fantasma. ⁊ inde contingit q̄ anima non potest intelligere sine fantasmate etiam ea que pri⁹ nouit. In anima ergo separata a cozpoze remanebit natura anime: sed non remanebit vnio ad cozp⁹ in actu. ⁊ ideo ea considerata in natura sua tantum non indigebit fantasmatibus quantū ad cōsideratiōē eoz que pri⁹ sciuit. Sed solum quantum ad considerationem eozum que de nouo debet scire. ⁊ ideo ea que prius sciuit poterit considerare nō quidem vtendo fantasmate: sed ex habitu scientie prius habito. ea vo que ante nesciuit non poterit scire nisi quatenus ex his que scit elici possunt: vel inquantuz alie species ei diuinitus infunduntur. dicere enim q̄ sm id quod modo anima habet in natura sua nō possit intelligere sine cozpoze aliquo modo est valde familiare illis qui ponunt animam cum cozpoze deficere: quia vt dicitur in primo de anima: si nulla operationum quas habet potest esse sine cozpoze nec ipsa sine cozpoze esse posset: cum operatio naturalis consequatur naturam. In actu autem scientie predicta duo considerantur. s. motus inquisitionis ⁊ rationis discurrentis: ⁊ terminus scilicet certitudo qui habetur de conclusionibus sm q̄ iam sunt reducte in prima principia. motus autem ille imperfectionis est quantum ad necessitatem discurrendi vt causetur certitudo. ⁊ ideo beatis non remanebit actus scientie quantum ad necessitatem motus: sed quantum ad certitudinem tantuz. ⁊ ideo videtur dicendum sm q̄ quidam dicūt q̄ in patria quantum ad animas separatas erit alius modus intelligendi: quia sine fantasmate considerabūt. sed post resurrectionem poterit esse vterq̄ modus inquantum anima non subiacebit cozpoz sed ex toto ei dominabitur. actus autez mutabitur quia remanebit quantum ad terminum sed non quantum ad discursum in sanctis. In damnatis autem non est remotum quin etiam collationis necessitas remaneat. ⁊ ideo remanet habitus scientie quantum ad substantiam. dicere enim q̄ habitus remaneat ⁊ actus nullo modo videtur absurdum: quia habitus nihil est aliud q̄z habilitas ad actum. ¶ Ad primum igitur dicendum q̄ destruetur scientia quantū ad modum: ⁊ quantum ad actum mutabitur. sed quantum ad habitum remanebit vt dictum est. ¶ Ad secundum dicendum q̄ modus imperfectionis est essentialis fidei: ⁊ de ratione eius. sed modus cognoscendi per fantasmata non est de ratione sciētie: sed accidit ei ex conditione subiecti. ¶ Ad tertium dicendum q̄ nō est inconueniens q̄ ille qui habet minozem charitatem habeat plus de gaudio quantum ad aliquem actum cum tamē habeat minus gaudium de deo quod est premium essentiale. ¶ Ad quartum dicendum q̄ cognoscere aliquid pluribus modis non est frustra: sicut etiam christus habuit scientiaz naturalium rerum que in verbo cognoscebat. ¶ Ad quintum dicendum q̄ ille modus cognoscendi accidit sciētie ex statu eius in quo est. non enim fantasma est obiectum propinquum ⁊ proprium intellectus cum sit intelligibile in potentia non in actu: sed species intellecta est per se obiectum eius. ¶ Ad sextum dicendū q̄ non erit actus scientie quantum ad discursum sed quantum ad terminum certitudinis. ¶ Et preterea non oporteret ibi esse studium vel disputationem quantum ad bonos: quia omnium illozum que cōsiderare vellent in verbo cognitionem possent accipere: vel per illuminationem superiozum habere. Damnatis autem non vacabit disputare penarum pondere pressis. ¶ Charitas autem que deseri potest. Verum est si posset deseri propter debilitatem amozis: vt scilicz aliquis minus diligeret deum q̄z rem illam pro qua tunc peccat: tunc enim non esset vera charitas. ¶ De perfecta intelligitur. Perfecta dicitur que est in confirmatis vel in via vel in patria. vel intelligitur non q̄ possit amitti sz qz difficile est q̄ amittat.

## DISTINCTIO .XXXII.

### De charitate dei.

Premissis adicienduz est de dilectione dei qua ipse diligit nos que non est alia q̄z illa qua diligimus eū. Dilectio autē dei diuina vsia est. eadēq̄z dilectione pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus se diligunt ⁊ nos: ut supza disseruimus. Cūq̄z dilectio sit imutabilis ⁊ eterna: aliū tamen magis aliū vo minus diligit. Vnde Aug⁹. Incomprehensibilis est dilectio atq̄z imutabilis q̄ deus in vnoquoq̄z nostrū amat quod fecit: sicut et odit quod fecimus. Aliro igit ⁊ diuino modo etiā quādo odit diligit nos. Et hoc quidē in omnib⁹ intelligi potest. Quis ergo digne possit loqui quātū diligat mēbza vnigeniti sui: ⁊ q̄nto amplio⁹ vnigenitū ipsum? De ipso etiam dictū est Nihil odisti eoz que fecisti. Ex his percipit q̄ deus omnes creaturas suas diligat. quia scriptū est Nihil odisti eozū que fecisti. Et iterū: Vidit deus cuncta que fecerat: ⁊ erant valde bona. Si omnia que fecit bona sunt: ⁊ omne bonū diligit: omnia igit diligit que fecit: et interea magis diligit rationales creaturas: ⁊ de illis eas amplio⁹ q̄ sunt membza vnigeniti sui: ⁊ multo magis ipsum vnigenitum.

¶ Ex q̄ intelligētia dicit deus magis uel min⁹ diligere hec uel illa.

Cum autē dilectio dei imutabilis sit: ⁊ ideo non intēdit uel remittit. Si queri q̄ sit rō dicti cū dicit magis uel min⁹ diligere hoc q̄z illud. ⁊ cū dicit de⁹ oia diligere dicim⁹ dilectiōnē dei sicut pacem dei exuperare oēm sensum humanū ut ad tāte altitudinis intelligentiā vix aliquatenus aspiret human⁹ sensus. Potest tū sane intelligi ea rōne dici oia diligi a deo q̄ fecit: quia oia placent ei. oia approbat inq̄ntū opera ei⁹ sunt. nec tūc pri⁹ uel amplio⁹ placuerūt ei cū facta sunt: sz anteq̄z fierent: imo ab eterno oia placuerūt ei: nō min⁹ q̄z postq̄z esse ceperūt. Qō vo rōnales creaturas. i. homines uel angelos alios magis alios min⁹ diligere dicit nō mutabilitatē charitatis ei⁹ significat: sz q̄ alios ad maiora bona alios ad minora dilexit alios ad meliores vsus alios ad min⁹ bonos. Oia enī bona nostra ex ei⁹ dilectione nobis pueniūt. Electos ergo ali⁹ magis ali⁹ min⁹ dilexit ab eterno: ⁊ diligit etiā nūc: qz alijs maiora aliis minora ex dilectione sua preparauit bona: aliisq̄z maiora ⁊ aliis minora bona cōfert in tpe. vnde magis uel min⁹ dicit hos uel illos diligere.

¶ Qō duob⁹ modis inspiciēda est dilectio dei.

Considerat enī duobus modis dilectio dei sm essentiam ⁊ sm efficientiam. nō recipit magis ⁊ minus sm essentiā: sed tm̄ sm efficientiā: ut magis dilecti dicant quibus ex dilectione ab eterno maius bonū preparauit ⁊ in tempore

tribuit. ꝛ minus dilecti quibus non tantum. Unde est etiam ꝙ aliqui qñ conuertunt ꝛ iustificant dicũ tur tunc incipere diligi a deo: non ꝙ deus noua dilectione quẽquã possit diligere: ĩmo sempiterna dilectione dilexit ante mũdi constitutionẽ quoscũq; diligit. sed tũc dicunt incipere diligi ab eo: cũ eterne dei dilectionis sortiant effectũ. s. gratiam in presenti: uel gloriam in futuro. Unde Augu. Absit ut deus temporaliter aliquẽ diligat quasi noua dilectione que in ipso ante non erat: apud quẽ nec preterita trãsierũt: ꝛ futura iam facta sunt. Itaq; oẽs sanctos suos ante mũdi constitutionẽ dilexit sicut predestinauit. Sed cũ conuertunt ꝛ inueniũt illuz tunc incipere ab eo diligi dicunt. ut eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur: Sic etiam cuz iratus malis dicitur ꝛ placidus bonis: illi mutantur: non ipse. ut lux infirmis oculis aspera: firmis lenis est: ipsorũ. s. mutatione: sua nõ Ita cũ aliquis per iustificationẽ incipit eẽ amicus dei ipse mutatur: non deus.

¶ Si quis magis uel minus diligat a deo uno tẽpore ꝙz alio.

Sic queritur de aliquo uno utruz magis diligatur a deo uno tempore ꝙz alio: distinguenda est dilectionis intelligẽtia. Si enĩ referatur ad dilectionis effectũ concessibile est. Si uo ad dilectionis essentiã: inficiabile est.

¶ Si deus ab eterno dilexit reprobos.

Ad reprobis uo qui preparati nõ sunt ad uitam sed ad mortẽ: si queritur utrũ debeat concedi ꝙ deus ab eterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendum ꝙ deus ab eterno eos dilexit quos ad iustitiã ꝛ coronam preparauit. De non electis uo simpliciter est concedendũ ꝙ odio habuit. i. reprobauit. sicut legit Jacob dilexi Esau odio habui. Sed nõ est simpliciter inteligendũ ꝙ dilexit ne predestinati intelligantur: sed cum adiectione dilexit eos inquantũ opus eiꝰ futuri erant id est quos ꝛ quales eos facturus erat.

¶ Postq̃ determinauit magister de dilectione charitatis qua diligimꝰ deũ: hic determinat de dilectione qua deus diligit nos. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quõ deꝰ omnẽ creaturã diligit. In secunda mouet questionẽ de reprobis quos diligere non uidetur: ibi De reprobis uo ꝛc. Prima in duas. In prima determinat de dilectione dei ſm ꝙ absolute dicit creaturã diligere. In secũda determinat de gradibus diuine dilectiõis ſm ꝙ unũ plus ꝛ aliũ minus dicit diligere: ibi Cũ autẽ dilectio dei ꝛc. Et diuiditur hec pars in duas. In prima determinat de ordine diuine dilectionis q̃tũ ad diuersos. In secũda q̃tũ ad eundem ibi Si uo querit ꝛc. Circa primuz tria facit. Primo mouet questionẽ. Secũdo determinat eã ibi: Põt tũ sane ꝛc. Tertio cõfirmat solutionẽ ibi: Cõsiderat enĩ duobꝰ modis ꝛc.

¶ Questio Prima.

Hic querunt quinq;. Primo utrũ deꝰ creaturã diligat. Secundo utrũ omnẽ creaturã. Tertio utrũ ab eterno. Quarto utrũ equaliter omnia. Quinto ꝺd plus ꝛ quid minus siue equaliter.

Ad primũ sic ꝓcedit. videt ꝙ deo nõ competat creaturã amare. Amor enĩ quandã passionẽ animi importat. sed alie passiones animi ut ira ꝛ huiusmodi nõ sunt in deo nisi ſm effectum ꝛ per similitudinem: ergo nec amor est in ipso. ¶ Ꝑ inter multũ distantia non potest eẽ amor: unde amici non optant amicis maxima bonoꝝ ne amicicia dissoluat ut pbs dicit in. ix. ethi. sed nulla est tanta distantia quãta creatoris a creatura: ergo nõ potest esse amor dei ad creaturã. ¶ Ꝑ amor transfert amantẽ in amatũ ut uiuat iam uita amati ut dicit Dio. in li. de di. no. sed deus nõ trãsfertur in aliquid aliud cũ sit ĩmobilis: ſz omnia ad se trahit: ut dicitur Jo. xij. ergo ipse non amat creaturã. ¶ Ꝑ amans quodãmõ subijcit amato inquantũ affectus amantis amato informat ut supra dictũ est. sed deus nullo modo creature subijcit: ergo nullo modo amat creaturam. ¶ Ꝑ ois nostra perfectio a diuina perfectione exemplatur. sed ois uirtus perfectio mẽtis est: ergo cũ quedã alie uirtutes non sint in deo: ut temperãtia ꝛ huiusmodi: uidetur ꝙ nec charitas. ¶ Sed cõtra. sicut essentia sua est causa omnis bonitatis in creatura. ſz deus cognoscẽdo essentiã cognoscit omnia que ab ipsa exẽplantur. ergo amãdo bonitatem suam amat omnia que ab ipsa bonitatẽ ꝑticipant. ¶ Ꝑ Jo. iij. Sicut deus dilexit nũdũ. ¶ Ꝑ Dio. dicit ꝙ diuinus amor nõ permisit ipsum sine germine esse. ¶ R.ᵒ dicendũ ꝙ uniuersi habenti cognitionẽ amabile est ꝓpriũ bonũ non solum amore naturali sed amore animali siue intellectuali. unde cũ in deo sit sua perfecta cognitio amat suam bonitatẽ. bonũ autẽ alicuiꝰ non solũ dicitur ſm hoc ꝙ in ipso est. sed ſm ꝙ in alio est per similitudinẽ. unde cũ bonitas que est in creatura sit similitudo diuine bonitatis: sequitur ꝙ ipse creaturaz diligat. ¶ Ad ꝓmũ igit dicẽdũ ꝙ passiones quedam important in sui ratione aliquã materialẽ transmutationẽ. ꝛ ideo non possunt transferri in deũ nisi per similitudinẽ sicut ira. ꝛ similiter ille que important defectũ ut tristitia: ꝛ etiam ira ſm ꝙ ex tristitia causat. Quedam uo passiones sunt que de ratiõe sui non important aliquid materiale uel aliquẽ defectum sicut delectatio. unde etiam in operatiõe intellectuali delectatio est non solum in corporali operatione ut pbs probat in. vij. ethi. ꝛ propter hoc delectatio in deo potest poni: non quidẽ ut passio sed operationem suam simplicẽ: ꝛ sine motu consequens ꝙ modũ intelligẽdi. uñ pbs dicit in. vij. ethi. ꝙ deus simplici gaudet operatione. ꝛ sil'r etiã de amore dicendum est. ¶ Ad secundũ dicenduz ꝙ inter multũ distantia bene potest esse amor sed non amicicia: quia non conuersant simul: quod est ꝓpriũ amicicie. Deus autẽ q̃tus in infinitũ distet a creatura: tamen operat in omnibꝰ ꝛ in omnibꝰ est. ꝛ ideo põt saluari etiam ratio amicicie. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ amor ois trãsfert quodãmõ amantẽ in amatũ: sed diuersimode. uno modo ſm ꝙ amãs trãsfertur in participandũ ea que sunt amati. alio modo ut cõmunicet amato ea q̃ sunt sua. Primo ergo modo deus non transfert in amatuz: quod est creatura. sed secũdo modo inq̃ntũ bonitatẽ suã ei cõicat. ꝛ sic dicit Dio. iiij. ca. de di. no. ꝙ etiã ipse deꝰ est per amorem extasim passus. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ potẽtia passiua informat ex obiecto suo. ſz potẽtia actiua ponit forma suã circa obiectũ: sicut pz de intellectu agente ꝛ possibili Unde sicut intellectꝰ diuinꝰ nõ informat rebꝰ q̃s cognoscit ꝑ eẽntiã suã: ita nec uolũtas eiꝰ informat rebꝰ q̃s amat: qz eas ꝑ bonitatẽ suã amat: ꝛ amando cõicat eis suã bonitatẽ. ¶ Ad q̃ntũ dicendũ ꝙ uirtutes q̃ hñt materiã determinatã circa actus ꝛ passiones corporales: uł q̃ importãt aliquẽ defectũ sicut fides nõ pñt habẽ exẽplar in natura diuina: ita. s. ꝙ ille ũtutes in deo sint. ſz hñt exẽplar in ĩtellectu diuino siẽ hñt reliq̃ res mãles. ꝛ iõ cũ charitas nullũ defectũ nec aliqõ mãle ipoztet inueniẽ in deo ꝓe quibusdã alijs virtutibꝰ.

Ad secundũ sic procedit. videtur ꝙ deus nõ diligat omnẽ creaturã. quicq̃d enĩ deꝰ diligit ex charitate diligit. sed creature irrationales non diliguntur ex charitate ut supra dictũ est. ergo eas deus non diligit. ¶ Ꝑ

sicut dicit philosophus in .viij. etbi. creature inanimate nō diligunt nisi amore concupiscētie: sicut patet de vino. sz de⁹ non diligit amore cōcupiscentie: quia ipse bonorū nostrorū nō eget: ergo creaturas inanimatas nullo mō diligit. ¶ P dilectio est causa electionis. sed deus non oēs etiā boīes eligit: ergo non oēs diligit. ¶ P quicūq; diligit aliquid vult ei bonū. sed deus nō vult reprobis bonū quod est perfectū bonū. s. vitā eternā: quia si vellet haberent: ergo deus nō diligit omnē creaturā. ¶ P non potest esse eiusdem ad idem amor z odiū. sed de⁹ aliquā creaturā odit Malach. j. Esau odio habui. ergo non omnē creaturā diligit. ¶ Sed cōtra. Sapi. xj. Diligis omnia que sunt: z nihil odisti eorū que fecisti. ¶ P Dio. dicit q; etiā amor diuinus mouet superiora in prudentiā inferiorū. sed deus habet prouidētiā de oīb⁹ ergo ipse omnia diligit. ¶ P Gen. j. dicit Vidit deus cuncta que fecerat z erant valde bona. Et Aug⁹. dicit q; per hoc significat q; omnia approbauit. sed nihil approbat nisi qđ amat: ergo deus oīa amat. ℟° dicendū q; amicicia sicut dictū est addit aliquid supra amorē: quia ad rationē amoris sufficit q; homo velit bonū quodcūq; alicui. ad rationē aūt amicicie oportet q; aliquis velit ei hoc bonū quod vult sibi vt. s. velit conuersari cū ipso z coniuere in illis q̄ maxime amat. Sic ergo de⁹ cōiter loquēdo de dilectione diligit oīa inq̄ntū vult eis bonū aliquod. s. nāle ipsorū. sz bonū quod ipse sibi vult. s. visionē sui z fruitionē qua ipse beat⁹ est vult qđē omni creature rōnali volūtate antecedente. sed volūtate cōsequēte solū electis: que est voluntas simpliciter. z ideo solos electos diligit amore amicicie. alia aūt diligit amore cōiter dicto inq̄ntū sunt bona. ¶ Ad primū ergo dicendū q; deus oīa. i. creaturas irrōnales ex charitate diligit: nō sic charitatē hīs ad illa: sed sicut ordinans ea ad illa ad q̄ charitatē habet. ¶ Ad secundū dicendū q; q̄uis nos non diligamus creaturas inanimatas amore beniuolentie: qz eorū bonū nō est a nobis: deus tñ eas diligit amore beniuolētie: qz p hoc q; eis bonum vult sunt: z bone sunt. tñ deus q̄uis nō amet aliq̄d in concupiscēdo sibi: amat tñ in cōcupiscēdo alteri vt nō fiat vis in verbo concupiscētie qui anxietatē non proprietatē desiderij importat. ¶ Ad tertium dicēdū q; dilectio amicicie est illa q̄ electionē causat: z hāc nō hz ad oīa. ¶ Ad quartū dicendum q; deus oīb⁹ creaturis irrōnalib⁹ vult bonū eis proportionatū: z cui⁹ sunt capaces. z ideo simpliciter loquēdo pōt dici q; de⁹ eas diligat. sz reprobis volūtate cōsequēte fm quā simpliciter dicit aliq̄d velle vult qđē bonū nature: nō aūt bonū cui⁹ sunt capaces. s. grē z glie nisi volūtate antecedente. z iō n ō est dicendū q; diligat de⁹ eos simpliciter: sz fm qđ. s. inquantū sunt creature. ¶ Ad quintū dicendū q; non odit reprobos inq̄ntū creature sue sunt sz inq̄ntū mali sunt: quod ab ipso non est.

AD tertiuz sic procedit. videtur q; deus ab eterno nō dilexerit creaturas. dilectio enī nō est nisi boni. sed creature nō fuerūt bone ab eterno: ergo nō diligit eas ab eterno. ¶ P dilectio significat diuinā essentiā z connotat effectū in creatura. sz ea q̄ importāt effectū in creatura dicūt de deo ex tpe: sicut dñs z saluator z huiusmodi. ergo z diligē creaturas nō dicit de deo nisi ex tpe. ¶ P dilectio vnit amantē amato. sz res non potuerūt diūgi vel vniri deo anteq̄z eēnt: ergo nō poterāt amari ab eo ab eterno. ¶ P eorū q; sīlr se hñt est vna rō amoris. sed creature anteq̄z eēnt in nullo distinguebant: ergo nō erat in vno q̄re diligeret magis q̄z in alio: z ab eterno non dilexit electos nisi forte sicut alia. ¶ P amans vult eē amatū. sz de⁹ nō volebat eē creaturas anteq̄z eēnt: qz si voluisset eas eē fuissent: ergo non amabat eas anteq̄z eēnt. ¶ Sed contra. Epbe. j. Elegit nos ante mūdi cōstitutionē. sz electio erat ex dilectione: ergo etiā ab eterno dilexit creaturas. ¶ P Dio. dicit. iiij. ca. de di. no. q; diuin⁹ amor fuit causa q̄re res fecit: ergo amor rerū fuit in deo anteq̄z res eēnt: z ita ab eterno. ¶ P affectus boni sequitur cognitionē de bono. sed de⁹ ab eterno cognouit quicq̄d boni est in creatur⁹: ergo ab eterno dilexit creaturas. ¶ ℟° dicendū q; illa sola noīa ex tpe de deo dici pñt q̄ in principali significato important aliquid quod in deo fm rem nō est sicut ea q̄ important relationē dei ad creaturā in principali significato: vt dñs z huiusmodi. que quidē relatio fm rem est in creatura: sz in deo est fm rationē tm̄. sīlr ea q̄ importāt in principali significato actionē diuinā terminatam ad aliq̄d extra se: sicut causare z huiusmodi. amor aūt non importat in principali significato relationē sed operationē volūtatis cui⁹ operationes sicut z opationes intellect⁹ prime z ab eis elicite in operāte manēt: z nō trāseunt ad constituendū aliq̄d in exteriori materia. z ideo amor deo ab eterno cōuenit. ¶ Ad primū igit̄ dicenduz q; q̄uis creature ab eterno nō fuerūt bone in propria natura: fuerūt tñ bone in dei prescientia. ¶ Ad secundū dicēdū q; non connotat effectū in actu sz in habitu. z hoc est qz opationes aīe nō terminant ad aliq̄d extra operātē: vnde pñt extēdi etiā ad id qđ nō est in actu. ¶ Ad tertium dicendū q; amor non vnit fm rem semp: sed est vnio affectus: que quidē vnio pōt haberi etiam ad illud qđ est absens aut penit⁹ non existens. ¶ Ad q̄rtū dicendū q; q̄uis nō differēt fm id q; non erant in propria natura: tñ differentiā habebant in dei prescietia fm q; eorū diuersitates futuras prescibat. ¶ Ad quintū dicendū q; de⁹ volebat ab eterno creaturas eē: sz nō eas eē ab eterno sz fm ordinē siue sapiētie.

AD quartum sic proceditur. videtur q; deus oīa eq̄liter diligat: quia prudentia vt dicit Dio. est effectus amoris. sed eq̄liter est illi cura de omnib⁹ Sap. vi. ergo omnia equaliē diligit. ¶ P dilectio dei ad creaturas signat habitudinē ipsius ad creaturas. sed deus equaliter se habet ad omnia vt dicit pbs q̄uis omnia inequaliē se habeant ad ipm: ergo ipse equaliter omnia diligit. ¶ P sicut diligit omnia ita cognoscit omnia. sed equaliter cognoscit omnia: ergo equaliter omnia diligit. ¶ P idem actus non potest esse intensior z remissior nisi fm diuersas sui partes. sed eodem actu simplici diligit omnia: ergo non diligit vnū plus altero. ¶ P qua ratione diligit vnū plus altero: eadez ratiōe diligit aliquē q̄ncq; plus q̄ncq; minus: quia sicut vna res est melior altera ita idem fm diuersa tempora est melior seipso. sed deus non diligit aliquē q̄ncq; plus q̄ncq; min⁹: qz sic amor suus esset mutabilis: quod est impossibile. ergo nō diligit vnū plus altero. ¶ Sed contra. Proverbi. xvi. Universa propter seipsum operatus est dñs. Et similiter etiā dicitur q; omnia fecit propter hominē. sz illud propter quod aliquid fit plus diligitur: ergo deus magis diligit se q̄z alia z inter alia magis amat vnuz q̄z aliud. ¶ P charitas est boni inq̄ntū bonū: ergo magis bonū magis amat. ¶ P ordo charitatis est de perfectione ipsius. sz charitas dei perfectissima est: ergo fm ordinē diligit vnū plus alio. ¶ ℟° dicendū q; amor dupliciter mensuratur. Uno modo ex suo principio: z sic dicitur magis amari illud ad quod damnādū efficacius voluntas inclinatur. z sic deus equaliter omnia diligit: quia in dilectione sua respectu cuiuslibet rei habet infinitā efficaciam in diligendo. Alio modo ex parte obiecti fm quod dicit aliquis magis diligere illud cui vult maius bonū. z sic deus dicitur magis diligere vnū q̄z aliud inquātū vult ei maius bonū. z ex hoc etiā habet maiorē effectū in illo: quia voluntas eius est causa rerū. ¶ Ad primū ergo dicendum q; equaliter est ei cura de omnib⁹ ex parte sollicitudinis ipsius: sed ex nō parte eorū que eis prouident. ¶ Ad secundū dicendum q; dilectio non tm̄ importat id quod est ex parte dei: sed etiā id quod est ex parte creature cuiusmodi bonū prout est a deo volitū in dilectione dei includitur. Et ideo quia creature non se habent equaliter ad deum: nec possunt equaliter bonitatē eius participare: ideo non equaliter omnia diligit. ¶ Ad tertiū dicendū q; cognitio est fm motū rei ad animā: amor aūt fm motū anime ad res. z iō cognitio mensuratur tm̄ ex parte cognoscēt. s: sed amor est

ex parte vtriusq;.non enim dicitur magis cognoscere: quia maiorem rem inesse alicui cognoscit:sicut dicitur magis diligere cui maius bonū inesse vult.vnde non est simile de dilectione ⁊ cognitione. ¶ Ad quartum dicendū q; non dicitur magis diligere quia intensius diligit:sed quia maiꝰ bonū vult. ¶ Ad quintū dicendū q; ꝯtū ad affectū dilectiōis semper eundem equaliter diligit: quia semper vult ei idem bonū finaliter ꝯtuis nō velit q; semp habeat eq̄le bonuz vel idem, ⁊ ideo ꝑm effectū nō est equalis.

AD quintū sic proceditur.videt q; diligat plus iustū prescitū ꝯ peccatorē predestinatum ꝑ Prouerbi.ix. Ego diligētes me diligo.sed iste peccator predestinatus nō amat deū quē amat iustus prescitus: ergo plus diligit iustū prescitū ꝯ peccatorē p̄destinatū. ¶ ꝑ magis bonū deus magis diligit.sed iste iustus est magis bonū ꝯ ille peccator: ergo magis a deo diligit. ¶ ꝑ in lra dicit q; magis diligit membra vnigeniti sui ꝯ alios.sed peccator p̄destinatus non est membrū xp̄i:ergo minꝰ a deo diligit ꝯ iustus prescitus qui est membrū xp̄i. ¶ Sed contra.dilectio causa est electionis.sed peccatorē predestinatū deus elegit: ergo magis diligit eū ꝯ iustū prescitū quē non elegit. ¶ ꝑ illū magis diligit cui maius bonū vult.sed peccatori predestinato vult maius bonū:quia vitā eternā:ergo magis eum diligit. ¶ Ulterius videtur q; magis diligat penitentē ꝯ innocentē:quia gaudiū ex amore consequit.sed plus gaudet de penitēte vt patet Luc.xv.ergo plus eum amat. ¶ ꝑ vbi homo magꝭ operat magis diligit. ꝓpter qō vt ꝑhs dic matres plus diligunt filios ꝯ patres.sed deus plus operat ad salutē penitentis ꝯ innocentis:ergo plus eū amat. ¶ ꝑ affectus amoris ex effectu pensatur.sed maior amoris effectus videtur reuocare inimicū ad amiciciā ꝯ amicū in amicicia conseruare:ergo plus diligit penitentē ꝯ innocentem ¶ Sed cōtra.quod est diuturnius est magis eligendū ⁊ diligendū.sed bonū innocētis est diuturni?: ergo magis diligitur a deo. ¶ ꝑ supra dictū est q; resurgēs nunc̄ redit ad tantam dignitatē ꝯtuis redire possit ad tantā caritatē: ergo deus plus diligit innocentē ꝯ penitentē. ¶ Ulterius videt q; diligat plus hominē ꝯ angelū:qz nunc̄ angelos apprehendit:sed semen abrae apprehendit ꝑ hebre.i.et sic plus fecit pro hominibꝰ ꝯ pro angelis: ergo magis diligit eos. ¶ ꝑ homines pluribus modis sunt membra christi ꝯ angeli.s.ꝯtū ad conformitatē nature.sed membra christi magis diligit vt in littera dicitur:ergo boēs plus diligit ꝯ angelos. ¶ ꝑ homines supra angelos collocauit.s.xp̄m ⁊ beatam virginē:ergo plus homines angelis diligit. ¶ Sed cō tra.dilectio causatur ex conueniētia amati cū amato.sed angeli sunt similiores deo vt dicit Greg.ergo angelos plus diligit. ¶ ꝑ angelis in principio vel quasi glozią contulit: nō autē hominibꝰ: ergo angelos magis boibꝰ diligit. ¶ Ulteriꝰ videt q; magis diligat humanū genus ꝯ christū:quia ipsum pro redemptione humani generis dedit vt patet Jo. iij. ¶ ꝑ bonū cōmune est diuinius ꝯ bonū vniꝰ.sed bonū humani generis est bonū cōmune:bonū autē christi est bonū vnius singularis persone:ergo plus diligit humanū genus ꝯ xp̄m. ¶ Sed cōtra.per christū totū genus humanū fit deo acceptū:ergo christū magꝭ diligit. ¶ ꝑ datus est ei spiritus non ad mensurā:ergo plus eū diligit. ¶ Ad primū dicendū q; deus simpliciter loquēdo maius bonū vult peccatori predestinato ꝯ iusto prescito.sꝫ vt nūc vult iusto prescito. Hec autē determinatio vt nunc non cadit ex parte dilectionis:sed magis ex parte obiecti:quia dilectio dei non variatur per tempora.ab eterno,enī isti predestinato voluit maius bonum.vnde simpliciter concedendū est q; magis diligit predestinatū ꝯ prescitū. Et per hoc patet responsio ad obiecta:quia procedunt vt nūc. ¶ Ad secūdam questionē dicendum q; ꝯtū ad bonū premij essentialis equaliter diligit penitentē ⁊ innocentē si equalem habeant charitatem:vel illum magis qui maiorem charitatez habet.sed ꝯtū ad premiū accidentale plus diligit innocentem ꝓpter dignitatē innocētie ad quā non potest puenire penitens. ¶ Ad primū igit dicendū q; ꝯtuis penitens resurgat in equali charitate:⁊ ita bonū quod sibi vult deus sit cēle consideratū in se:est tn̄ maius in opatione ad ip̄m cui datur. Sicut quāto aliq̄s est magis indigēs magis sibi impēsum reputat benefactū.⁊ ꝓpter hoc dicitur deus ⁊ angeli plus gaudere de ꝯuersione ei?:sicut hō plus gaudet de modico signo sanitatis alicui? infirmātis ꝯ de integra sanitate dum eam habebat. Uel dicēdū q; hic dicit ex hoc q; penitens frequēter magis humilis ⁊ feruens ⁊ cautus resurgit. ¶ Ad secundum dicendū q; deus non magis operat in eo cui de nouo infundit gratiā ꝯ in eo in quo eā cōtinuat: sicut nec sol illuminās aerē tenebrosum plus ꝯ cōtinuans lumen.nihil enī pōt subsistere nisi dei opatio ꝺtinuet in ipso. ¶ Ad tertium dicendū q; ꝯtuis sit magis respectu illi? qui liberat:non tn̄ est magis simpliciter. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q; ꝯtū ad bonū nature plus diligit deꝰ angelū ꝯ hominē.sꝫ ꝯtū ad bonū glie se hn̄t vt excedētia ⁊ excessa qz quodā boēs plus:⁊ quodā angelos plus:⁊ quodā eq̄liter:qz boēs erūt eq̄les angel:⁊ quidā etiā sapiores angel ⁊ vnicuiq; ꝓpuidit ꝑm exigētiā nature ⁊ status sui. Et p hoc patet responsio ad obiecta: Nō enī plus diligit pater filium infirmū ꝯ sanū:quia ei impendit remedia q̄ nō impēdit sano. ¶ Ad quartā questionē dicendū q; xp̄m diligit nō solū plus ꝯ boēs sꝫ etiā plus ꝯ totā creaturā:nō solū ꝯtū ad diuinā naturā sꝫ etiā ꝯtū ad humanā inq̄ntū eam predestinauit ad maius bonū.s.advnionē diuine psone. ¶ Ad primū ergo dicēdū q; in hoc etiā q; xp̄s pro boib? fuit datus maximū bonuz ipsi xp̄o fuit ꝑm q; in hoc virtus sua manifestata fuit:⁊ causa fuit salutis humane:quod est sibi valde bonorificū. ¶ Ad secundū dicendū q; ꝯtuis sit singularis persona xp̄i:tn̄ est causa vniuersalis salutis humani generis:⁊ causa prestātioꝝ est causato. ¶ Dimissis adijciendū. Uidet q; ꝑ in primo libro determinare debuerit. Et dicendū q; etiaz in primo libro poni ꝺueniēter potuit inq̄ntū diuina dilectio est diuina essentia.⁊ hic poni cōgruenter pōt inq̄ntū est exemplar nostre dilectionis. Dilectio dei vsia est. Est enī essentia ⁊ dilectio in deo idem re:sed differt ratione tn̄ vt in primo libro dictum est.

## ¶ DISTINCTIO .XXXIII.

### ¶ De quattuor virtutibus principalibus.

POst predicta de quattuor virtutibus que principales uel cardinales vocant disserēdū est: q̄ sunt iustitia:fortitudo:prudentia ⁊ tēperātia. De quib? Aug. ait Justitia est in subueniendo miseris:prudentia in precauendis insidijs:fortitudo in pferēdis molestijs:temperātia in cohercēdis delectatiōib? prauis. De his dicit in libro sapiētie: Sobrietatē ⁊ prudentiā docet iustitiā ⁊ veritatē Sobrietatē vocat temperantiā ⁊ veritatē vocat fortitudinē. De virtutes cardinales vocant ut ait Piero. quib? in hac mortalitate bene viuit:⁊ post ad'eternā vitā puenit: Que in xp̄o plenissime fuerūt ⁊ sunt. De cuiꝰ plenitudine nos accepimus. In quo habuerūt vsus eosdē quos in patria hn̄t:⁊ quosdā etiā vie. verūtn̄ an be virtutes cū ipse in aio eē incipiant:q̄ cū fine illis priꝰ eēt:tn̄ animus erit:desināt eē cū ad eterna ꝑduxerint:nōnul

la questio est. Quibus dā visuz est eē desituras. z de trib⁹ quidē prudētia. s. fortitudine z temperātia cū hoc dicit non nihil videt dici. Justitia enī imortal' est: z magis pficiet in nobis q̄z eē cessabit: Cū beate viuem⁹ nature ꝓtēplatione diuine q̄ creauit oēs ce teraſqz instituit naturas q̄ nihil meli⁹ z amabili⁹ ē. Cui regēti eē subditū iustitie est. Et ideo imortalis est oīno iustitia. nec in illa btitudine eē desinet: sed talis ac tāta erit ut pfectior ac maior esse nō possit. Fortassis z alie tres virtutes prudentia sine vllo iā periculo erroris: fortitudo sine molestia tolerādo/ rum malor̄: temperātia sine repugnātia libidinū: erūt in illa felicitate: ut prudētie ibi sit: nullū bonū preponere deo uel equare: fortitudinis ei firmissi/ me coherere: temperātie nullo defectu noxio dele/ ctari. Quod vo nūc ait iustitia in subueniendo mi seris: q̄ prudētia in precauēdis insidijs: q̄ fortitu/ do in pferēdis molestijs: q̄ temperātia in coherce/ dis delectationib⁹ prauis nō erit ibi oīno vbi nihil mali erit. Ista igit virtutū opera huic mortali vite necessaria sicut fides ad quā referēda sunt in futu/ ro habebunt. Ecce aperte dicit Augus. q̄ predicte virtutes in futuro erūt: sed alios vsus tūc habebūt q̄z mō. Cui Beda consentit sup Exodū ita dicens: Colūne ante quas apprehensuz est velum potesta/ tes celi sunt quattuor eximijs virtutib⁹ preclare. i. fortitudine: prudentia: temperātia: iustitia: que ali/ ter in celis seruant ab angelis z aiab⁹ scis q̄z hic a fidelibus. Et ꝓsequēter assignat Beda vsus illarū virtutū sm presentē z futurū statū imitās Aug. in premissis assignationibus.

¶ Postq̄ determinauit magister de virtutib⁹ theologicis Nic determinat de virtutib⁹ cardinalib⁹. Et diuidit in par tes duas. In prima determinat de ipsis cardinalib⁹ virtuti/ bus sm se. In secunda ostēdit in quib⁹ eē habeant ibi: Que in xp̄o plenissime. Prima diuidit in tres. In prima enume rat eas. In secūda ostēdit actus earū ibi: De quib⁹ Aug. In tertia ostēdit qualiter cardinales dicantur ibi: De virtutes cardinales. Que in xp̄o tē. Dic ostēdit in quib⁹ sunt virtu tes cardinales. Et diuidit in duas partes. Primo ostendit quot sunt z fuerūt in xp̄o. Secūdo inq̄rit vtrū future sint in patria ibi: Uerūtā an he virtutes tē. Et circa hoc duo facit Primo mouet questionē. Secūdo determinat eā ibi Augu stinus autē. xiiij. li. de tri. ¶ Dic est triplex questio. Prima de virtutib⁹ moralib⁹ in cōi. Secūda de virtutib⁹ cardinali bus. Tertia de partibus earum.

¶ Questio Prima.

Qb Jrca primū querunt q̄ttuor. Primo de distinctiōe moraliū virtutū ab inuicē. Qualiter enī ab intelle/ ctualib⁹ z theologicis distinguāt supra. xxiij. di. di ctū est. Secūdo q̄rit de cā efficiēte earū vtrū sint. s. a nā vl' p infusionē: vl' p acquisitionē. Tertio de medio q̄b in eis req/ ritur. Quarto vtrū in patria euacuent.

